

CAPPELLI


235

B 8

Livres
A. 53



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 8



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 8




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 8



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 8



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 8



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 8

LUDOVICI CAPPELLI
DIA TRIBA,
DE VERIS ET ANTI-
quis Ebræorum literis.


SOPPOSITA *AN 235*
D. IOH. BVXTORFII, de eodem *B 8*
argumento, Dissertationi.

ITEM


Jos. SCALIGERI, adversus ejusdem
reprehensiones, Defensio.

ET

Ad obscurum ZOHARIS locum illu-
strandum brevis exercitatio.



Amstelodami,
Apud Ludovicum Elzevirium,
clio loc xlv.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 8

Amplissimo, Doctissimo, Clarissimoque Viro,

D O M I N O

CLAUDIO SARRAVIO,

*Regis in suprema Parlamenti
curia Senatori longè
dignissimo. S.*

ET SI hæc minimè digna es-
se satis sciam, quæ tuo No-
mini, Vir Amplissime, in-
scribantur, adeò sunt illæ
tenuia & exilia; tamen quando pro tua
singulari humanitate, tuoque in me,
quo immergeantem licet, dignaris, amo-
re, ista olim exilibus & fugientibus li-
teris descripta, fædisque pro more meo,
& ingenii tenuitate, ubique lituris
commaculata, in mediis fori & causa-
rum publicarum (quibus te Dignitas
& Munus tuum undique districtum &
perpetuò occupatum tenent) turbis non
es aspernatus legere, putavi non absur-
dè te ea jam typis excusa relegere non

A 2 de-

dedignaturum, & si tu illa tum ut-
cumque probasti, quod tu literis ad me
datis significare dignatus es, non omni-
no malè auguror fore, ut ea nunc tibi
inscripta minimè displiceant, aut im-
probentur. Accipe itaque Vir Doctissime
hoc qualecumque meæ in te non dico
gratitudinis, sed observantiæ, officii, ho-
noris atque obsequii testimonium, &
quidem eâ fronte atque vultu, quo tu ea
primum tibi oblata excepisti. Sic fiet,
spero, ut & aliis placeant, quæ tibi, tan-
to Viro, quâ es & Doctrinâ, & Erudi-
tione, & dignitate, non displicuerunt.

Vale, Vir Doctissime, Et quo me hac-
tenus favore & Amore complexus es;
prosequi porrò noli dedignari, qui per-
petuò futurus sum

Tuæ Dignitati, omni officiorum
genere, devinctissimus

Salmurii, VI Id. Sept.

M D C X L I V.

LUD. CAPPELLUS.

De veris Veterum Ebraeorum literis,
D I A T R I B A ,

Opposita Viri doctissimi ,

Dn. Joh. BUXTORFII , F.
de eodem argumento ,

DISSERTATIONI.

DITA est non ita pri-
dem à Clarissimi lon-
gèque Doctissimi Viri,
Doctissimo etiam & pa-
ternæ gloriæ ac virtutis laudabili
Æmulo , Filio , Dn. Joh. Buxtor-
fio , *Dissertatio , de Ebraorum literis:*
in qua quæstionem in utramque
partem agitat. Num scilicet qui-
bus hodie Judæi in describendo
Legis suæ volumine utuntur , Li-
teræ sint veteres Ebraicæ , quibus
à Deo Decalogus in tabulis lapi-
deis scriptus , & authenticus to-
tius Legis divinæ prope Arcam in
Sacrario repositus Codex à Mose

A 3 de-

6 D E L I T E R I S E B R.

descriptus est, An verò quæ Samari-
tanæ vulgo dicuntur, quibusque
Samaritani usque hodie utuntur;
sint revera potius veteres Hebrai-
cæ, Et an Characteres, quos Judæi
hodiè usurpant, sint ab Assyriis seu
Chaldæis tempore captivitatis Ba-
bylonicæ, mutuò desumti, pro-
priaque eorum Scriptura?

Atque hujus quæstionis par-
tem priorem affirmat ipse ac tue-
tur, probabilioremque esse judi-
cat; Posteriorem negat, rejicit at-
que impugnat. Nobis cum bona
ipsius, quem colo & amo prout de-
beo pro ipsius virtute, pietate, e-
ruditione & doctrinâ, bonorum-
que omnium & Eruditorum φιλο-
λόγων, pace & veniâ, liceat, non
contradicendi desiderio, sed veri-
tatis indagandæ & exquirendæ stu-
dio & sincero amore, in senten-
tiam ejus inquirere, & rationes ex-
pendere, ac quid vero proprius
esse videatur, apertè proponere,
quam-

D I A T R I B A. 7

quamque semper tenui, & olim in
Arcano nostro punctionis pro-
posui, adversus ejus argumenta &
exceptiones pro virili defendere.

Nos ipsius ordinem , quantum
fieri poterit, sequuti , sicut ille dis-
sertationis suæ, sic & Diatribæ hu-
jus nostræ , partes duas faciemus:
Unam *Kalæcosvæsinlù*, qua senten-
tiam nostram pro viribus propu-
gnabimus; Alteram *Aæcosvæsinlù*,
qua rationes & argumenta ipsius
examinabimus , quantique pon-
deris & momenti esse videantur,
ostendemus. ut quisque, quod per-
pensis utrimque rationum mo-
mentis videbitur esse vero similius,
sequatur. Pro utraque igitur pu-
gnat: Primò Testimoniis atque Au-
thoritate, tanquam inartificiali ar-
gumento , Deinde, realibus, seu à
rebus ductis testimoniis, atque ra-
tionibus. Testimonia autem adfert
primò Judæorum ; deinde Chri-
stianorum. Et Judæorum quidem

A 4 pri-

8 DE LITERIS EBR.

primò Veterum, deinde Recen-
tiorum. Priusquam autem ad sin-
gula illa expendenda descendan-
mus; In genere hoc primum præ-
monitum lectorem volumus, Ar-
gumenta artificialia, sive testimo-
nia, uti vocat ipse, realia, hoc est,
rationes à rebus ipsis ductas in
hac causa argumentis inartificia-
libus, sive testimoniis personalibus
simpliciter sumtis, præponi debe-
re, graviorisque ponderis censem-
da esse. Ad Testimonia autem
quod attinet, Christianorum au-
thoritatem, quatenus Christiani
sunt, parum hīc attendi debere;
quia quod Christiani in hac causa
dicunt, id à Judēis habent, qui pro-
pterea hīc potissimum spectandi,
quando res testimonio & Autho-
ritate simpliciter disceptatur. Ad
Judæos verò quod attinet, recen-
tiorum authoritas & testimonium
nullius hac in re ponderis atque
momenti esse debet, quia illi in ve-
terum

terum suorum Doctorum senten-
tiam pedibus ire , & in dicta ipso-
rum jurare , & vix ac ne vix qui-
dem vel latum pilum ab ipsis de-
flectere solent . Notum non est ,
quām sint illi traditionum suarum
μυρτον ορθοδοξων, etiam contra om-
nem rationem tenacissimi . Siquis
ab iis in hac causa diversus abit , te-
stimonium ejus minus suspe-
ctum , majorisque apud Christianos
ponderis ideo esse debet , quod
à majoribus suis non alia de causa
discedere videtur , nisi quia mani-
festâ rei veritate eò compulsus est .
Quare frustra est Buxtorfius lon-
go illo syrmate Testimoniorum
tum Christianorum , tum Judæo-
rum recentiorum , quæ ipse pro sen-
tentiaz suaz confirmatione adducit .
Quis non miretur Christianos re-
centiores ab Annis plus minus
centum adversus universalem om-
nium penè hodiernorum Judæo-
rum consensum , non pugnare , sed

A 5 sinc-

10 DE LITERIS EBR.

sinere se multitudine illâ quasi quodam torrente abripi in hac causa , quam non penitus introspexerunt ?

Aut quem jure moveat , recensitorum Judæorum , hac in parte , Authoritas cum testimonium in propria causa dicant : Id nempe affirmant , quod putant ad gentis suæ gloriam & honorem maximè facere ; id negant , quod sibi probro & ignominia esse ducunt . Unius itaque Judæi contra sentientis testimonium pluris multo jure à nobis fieri debet , quàm reliquorum omnium ab eo dissentientium . Quomodo olim à nobis in Arcano nostro , in simili causa de vocalium figuris & accentuum notis (an ab ipso Mose aut Esdra ; an verò à Masorethis sint) observatum est . Unius Eliæ Levitæ (etsi unus foret) testimonium pluris esse à nobis faciendum , quàm reliquorum omnium Judæorum ho-
dier-

D I A T R I B A . II

diernorum dissentientium. Idem est de veteribus etiam Judæis, & Talmudicis Doctoribus judicium faciendum. Quum inter se dissentiant, quod passim fit: (Est nimirum perpetua fere lis & dissensio inter domum , hoc est , discipulos Hillel , & domum, hoc est, discipulos Schammai) Si altera sententia magis est in gratiam, favorem, gloriam , decus, honorem, prærogativam, dignitatem aut emolumen- tum suæ gentis, vel propriæ super- stitionis atque infidelitatis defen- sionē, illa procul dubio Christianis eo ipso debet esse magis suspecta: Cum itaque sit inter ipsos Docto- res Talmudicos de hac quæstione dissensio (ipso vel invito agnoscen- te Buxtorfio) certè eorum senten- tia atque testimonium (si authori- tate tantùm pugnandum est) de- bet prævalere , qui agnoscunt mu- tatam esse tempore Esdræ vete- rem scripturam Ebraicam , in e-

A 6 jusque

12 DE LITERIS EBR.
jusque locum Assyriacam esse af-
sumtam.

Atque hæc in Genere de Testi-
moniis personalibus in hac causa
dicta, atque præmonita sunt.

PARS I. *Kalæon dasin*.

De illis in specie nobis jam ve-
nit dicendum. Inter Christianos
primus occurrit Euseb. in Chr. qui
de Esra sic scribit: *Affirmatur divinas*
literas memoriter condidisse, & ut Sa-
marijanis non miscerentur, literas Iu-
daicas commutasse. Respondet Buxt.
I. [§. 61.] Exponi id posse de ea muta-
tione, quæ vulgares literas inter Ebræos
usitatas Samaritanis reliquit, & in Iu-
dæorum usum primigenias & Mosaicas
veras Ebraicas produxit & exposuit.
Quanti sit ponderis illa Exceptio,
postea videbitur, ubi concilia-
tio Doctorum Talmudicorum à
Buxtorfio instituta examinabitur.
Respondet II. Illum sic à Sama-
ritanis Iudeis edocatum & persuasum
hac scripsisse. At cur à Samaritanis
potius

potius quam à veris Judæis id accepisset? An ab illis accepit Ezram divinas literas memoriter condidisse? An Samaritani Ezram ejusque factum putabant? An illi majore in precio & loco apud Eusebium & Christianos erant, quam reliqui Judæi? Cur majorem illis, quam istis, fidem hac in re habuissent? Nempe Eusebius Cæsariensis fuit Episcopus; Cæsarea autem magna erat copia Samaritanorum Iudeorum, & schola celebris, & frequens in Ebraeorum scriptis mentio & urbis & scholæ Cæsareae, & Samaritanorum Cæsariensium. Esto. Quid hoc ad rem? Annon etiam fuerunt & alii Judæi, & quidem majori copiâ? Cur illos potius, quam istos, consuluisse Eusebius? At Samaritani Iudei de Charactere authenticō perpetuò gloriabantur. Sanè, & jure quidem. Sed annon & (ex Buxtorfi mente) alii Judæi de primigenia & Mosaica Scriptura gloriabantur? Cur igitur his potius,

A 7 quam

quām illis, in ista concertatione
credidisset? Imò verò id potius Eu-
sebius, quia illud tum temporis a-
pud Judæos fuit in confessio.

Eusebium sequitur illi ætate
proximus, & loco etiam vicinus,
Hieronymus, qui circa idem tem-
pus floruit, & Bethlehemi ma-
gnam vitæ partem egit, diemque
suum supremum clausit. In Præfa-
tione in libros Regum sic ait:

*Certum est Ezram Scribam, Legis-
que Doctorem, post captam Ierosoly-
mam & instaurationem Templi, sub
Zorobabele alias literas reperisse, quibus
nunc utimur, cum ad illud usque tem-
pus iidem Samaritanorum & Ebræo-
rum characteres essent. Et in Ezech.
cap. 9. Antiquis Ebræorum literis, qui-
bus usque hodie utuntur Samaritani,
extrema, Thau, litera crucis habet si-
militudinem.*

Hic in omnes partes se vertit
Buxtorfius, ut istud Hieronymi
testimonium quoquo modo ex-
tor-

torqueat. Primum ait, [§. 61.] *Potuisse eum id accepisse ab Eusebio.* Sed si ab eo solo id accepisset, si solâ ejus Authoritate nixus esset, an dixisset, *Certum est, Ezram alias literas reperisse?* An de privata hominis unius sententiâ dixisset, *Certum est.*

II. Respondet. [§. 60.] *Fieri potest ut hanc sententiam à Samaritanis ipsis imbibatur, quorum de Αὐλητες φω Mosis gloriantium libris se usum esse, non uno in loco scribit.* Sanè, si Samaritanos hac de re interrogavit, potuerunt illi sic respondere, quia revera ita res se habet. At illis solis non facile credidisset Hieronymus. Si Judæi id constanter negassent, suspicatum nimirum planè illi jure fuisse hoc in ore Samaritanorum de se magnificè in suam laudem loquentium testimonium. Omnino igitur, non à solis Samaritanis, sed vel potissimum à reliquis Judæis id habuit. Unde nimirum tam asseveranter de re illa tanquam certissimâ

16 DE LITERIS EBR.

tissimâ pronunciat, *Certum est*, nisi quia videbat certam & constantem apud utrosque, tum Judæos, tum Samaritanos, (paucis fortè repugnantibus ex innata pervicacia Magistris) ea de re famam esse atque sententiam, neque causam videbat, cur Judæorum adversus se ipsos dicentium, at de jure suo Samaritanis ultrò cedentium, veteresque suas literas illas concedentium, testimonium suspectum esse debeat.

Respondet III. [§. 60.] ex Pico Mirandulano & Reuchlino, qui Hieronymum loqui putant de quinque finalibus literis, quæ in hodierna Judæorum scriptura usurpantur: quas ab Ezra Judæi putant esse additas, cùm antea in veteri scriptura non essent. Reliquas literas (inquit Picus) quæ sunt Mem, Nun, Tsade, Pe, Caph, & duplices nonnunquam, quarum Characteres sunt 以色列: ab Episcopis seu prefectis additas fuisse. Hoc fortasse Hieronymus intellexit,

lexit, cuius testimonium & haberi apud omnes omnibus in rebus debet, & habetur profectò apud me sanè certissimum. Reuchlinus autem lib. 3. Cabbalæ. Memoratu dignum est, singularas Alphabeti literas primordiales certum scandere numerum, & quinque terminales, quas longè post ille prudens Ezra simul cum punctis adinvenit. At quod pace tam doctorum Vironum dictum sit, quam frigidum & dilutum est reponsum illud, ut dicto & verbis Hieronymi quadrare possit. Certum est (inquit Hieronymus) Ezram alias literas invenisse, quibus nunc utimur (hoc est, ut illi viri docti volunt, quinque finales literas reperit γ, η, ι, ω, τ.) cùm ad illud usque tempus iidem Samaritanorum & Ebræorum characteres fuerint: quomodo cum postremis istis Hieronymi verbis quadrare potest, doctorum illorum hominum de quinque literis finalibus responsum, An additæ sunt ab Ezra ad

vete-

18 DE LITERIS EBR.

veteres Ebræorum characteres
(qui iidem sunt cum Samaritanis,
teste Hieronymo) quinque istæ fi-
nales literæ? quam absurdum. I-
gnorant nimirum Samaritani pla-
nè finales istas literas. Deinde Hie-
ronymus prius dixerat, Viginti duas
esse apud Ebraeos literas, syrorum quo-
que lingua & Chaldaeorum testatur,
quæ Ebræ magna ex parte affinis est:
nam & ipsi viginti duo habent elemen-
ta, eodem sono, sed diversis (nimirum
à veteribus Ebraicis) characteribus.
Samaritani etiam Pentateuchum Mo-
sis totidem literis scriptitant, figuris
tantùm & apicibus discrepantes, à Sy-
rorum nimirum & Chaldaeorum
literis. Quod ergo statim subjicit,
Ezram alias literas reperisse, quibus
nunc utimur, cùm ad illud usque tem-
pus uidem Samaritanorum & Ebraeorum
fuerint characteres, planum est alias
illas literas non esse duntaxat quin-
que finales, sed eas omnes, quibus
Judæi hodie utuntur, easque à ve-
teri-

teribus Ebraicis discrepare, *cum ad Ezram usquei idem Samaritanorum & Ebr.* *Characteres fuerint*: ac proinde eas esse vel ipsas Chaldæorum literas, vel alias de novo ab Ezra exco-
gitatas. Hoc autem posterius ni-
hil est necesse Hieronymo tribue-
re, cum sic accipi possit, ut dicat simpliciter, Ezram alias à Veteri-
bus Ebraicis literas Judæis dedisse utendas, eas nempe, quibus etiam-
num hodie illi utuntur. Esse au-
tem Assyriacas, sive Chaldæas, etsi non apertè dicat, non negat sal-
tem; tales autem revera esse, post-
modum respondeatur ex nomine *אשׁרִת* quo scriptura illa à Talmu-
dicis scriptoribus vocatur.

Quarto loco adfert [*Ibidem*,] Buxtorfius Wilhelmi Schickardi Responsum, *Ad Hieronymi locum, si modò conciliare velimus, Respondeo esse illum de vocalibus intelligendum, quas Ezra primus consonis adjecerit, vel de Characteribus Syris, qui illâ ætate Chri-*
sti

*sti & Apostolorum temporibus in usu
fuere.* At verò Ezram puncta vo-
calia non invenisse, consonisve ad-
jecisse, putamus in Arcano nostro
punctuationis manifestum fecisse,
ac proinde Hieronymi locum de
punctis illis non posse accipi, qui
eiusmodi puncta nullus agnovit.
Ad Syrorum Characteres hodier-
nos quod attinet, non est facile de-
finire, quando in usu esse cœperint,
neque nobis in id inquirere ne-
cessè est; Certum est, Ezram cha-
racteres illos Judæis non tradidis-
se; siquidem illis in scribenda lege
sacrisque libris non utuntur, nec
usos esse aliquando probari po-
test.

Futile est quod [Ibid.] ait, Hie-
ronymum quibusdam videri op-
inionem istam hausisse ex 4. Esdræ
lib. cap. IV. 23. & XIV. 20. 21. 22.
Neque nimirum Hieronymus li-
brum illum agnovit pro Canoni-
co, neque istic agitur de novis ab

Ezra

Ezra repertis literis, sed potius de tota lege, librisque omnibus sacris, ab eo ex nova revelatione instauratis: quæ fabula de lege tota memoriter ab Ezra instaurata, videatur omnino ex iis locis Apocryphi illius libri desumta.

His omnibus diffisus responsionibus Buxtorfius, aliam de suo ad fert.

Ego puto (inquit Ibid.) Hieronymum hoc habuisse ex Ebræorum traditionibus, quas vel legerat, vel oretenuit à Iudæis Præceptoribus didicerat. Nam constat, plura istiusmodi Hieronymum à Iudæis hausisse. Sanè habuit Hieronymus Præceptores duos doctissimos Judæorum Magistros, maximè verò Lyddensem quendam Rabbinum, quem dicit fuisse magnâ apud suos in admiratione, propter nimirum eximiam ejus doctrinam, & rerum Judæcarum singularem peritiam atque cognitionem. Ab illis proculdubio hausit

hausit primùm & accepit senten-
tiam illam Hieronymus. Nam qui-
bus potiùs ea in re credidisset,
quàm tam eximiis Judæorum do-
ctoribus atque Magistris, Præce-
ptoribus suis. Nec abnuit Buxtorf.
Fieri potest (inquit) ut Hieronymus à
Iudeo Præceptore suo ita persuasus fue-
rit ; unde nimirum quæso quàm ex hi-
storia Ebræorum certitudo illa esse po-
tuit, de qua scribit ? Quid ergo re-
spondet ad Hieronymi locum
Buxtorf. Nempe hoc. Ex Talmudi-
cis (inquit Ibid.) apparet, duas præ-
cipue fuisse diversas hac de quæstione
sententias. Vna eorum, qui statuerunt,
Ezram in descriptione Legis usum fuisse
Assyriorum literis, easque in posterum
quoque Populo Ebræo usurpandas elegis-
se & commendasse, Priorem autem scri-
pturam priscorum Ebræorum reliquisse
Cutheis, hoc est, Samaritanis, Iudæam
jam inde à deportatione Israëlitarum
incolentibus. Altera eorum, qui sta-
tuunt has literas, quas adhuc habemus,
easdem

eadem esse, quas Moses à Deo in Tabulis accepit, & simpliciter inter Iudeos, quamvis non in publico & communi usu, fuisse: Ab Ezdra autem nullam aliam mutationem esse factam, quam quod scriptura vulgari Samaritanis relictâ, hanc solam, ceu genuinam & sacram, in posterum Iudeis usitandam ordinavit & injunxit. Ita fieri potest, ut Hieronymus priorem (sententiam,) à Iudeo præceptore suo ita persuasus, de Ebræorum sententia & mente non satis solidè informatus, tanquam certam arripuit. Hoc verò est ingenuè & rotundo ore fateri, Hieronymum cum nonnullis Talmudicis doctoribus in ea fuisse sententiâ, quam ego defendo: quod mihi jam satis est.

Sed quod jam dedit unâ manu Buxtorf. mox alterâ eripere conatur, quum addit, *Aliter etiam verba Hieronymi exponi posse videntur, ex Postelli scilicet sententia, hoc modo: Ezdras dicitur alias literas reperisse, quibus nunc utimur, hoc est, non exce- rebro*

24 DE LITERIS EBR.

rebro suo has literas effinxisse & exco-
gitasse, sed veteres Ebraeorum charac-
ters sacros, latentes, publicè produxisse,
proposuisse, & in usum revocasse, quod
populo qui vulgò eos ignorabat, videba-
tur ac si novos reperisset.

De sacro isto Charactere laten-
te, & vulgò ignoto, dicetur post-
ea, & distinctionis Characteris in
sacrum & communem vanitas of-
tendetur. Hoc tantùm jam re-
spondeo, Hieronymo sacrum il-
lum Characterem fuisse ignotum,
ac proinde verba ejus de illo acci-
pi non posse; Verba autem illa
Hieronymi, *Ad illud usque tempus*
iidem Samaritanorum & Ebraeorum
Characteres fuerunt, si exponatur (in-
quit Buxtorf.) *de exemplaribus com-*
munibus, & de literis in communi usu,
& negotiis civilibus usitatis, nihil officit
sententiae priori. At verò Hierony-
mus duplicem illum characterem
commentitium ignoravit; non a-
lias agnovit veteres Ebraeorum
literas

literas, quām Samaritanas. Itaque
frustra verba ejus à Buxtorfio eò
torquentur.

Sic alibi (inquit rursus Buxt:)
Samaritanos Charakteres vocat (Hieronymus) antiquos, nullibi eos vocat primigenios. At Antiqui & primigenii iidem sunt (uti postea videbitur. &, si Hieronymus hos ab illis diversos esse sensisset , non sic simpliciter locutus fuisset, Ad Ezræ usque tempus eosdem fuisse Samaritanorum & Iudeorum Charakteres. Nullibi etiam dicit, (inquit Buxt.) Deum illis literis Legem in Tabulis exarasse. Id sanè satis dicit, quum ait, eosdem fuisse Samaritanorum & Ebraeorum Charakteres . Nam quibus quæso exaravit Deus Legem suam characteribus , nisi Ebræis , Populo Ebræo notis & familiaribus , ut Tabulas Dei digito scriptas legere possent , quum ipsi sunt à Mose primùm propositæ?

Satis mihi sunt inter Veteres
B Christi-

26 DE LITERIS EBR.

Christianos duo isti Testes Eusebius & Hieronymus : quibus ne quidem , quā Christiani sunt, utor testibus , sed potius quatenus testimonium illud suum à Iudæis sui temporis didicerunt , ita ut eorum testimonium censeri debeat Gentis illius temporis ludaicæ testimonium , cui æquum est nos hac in re credere . Itaq; Bedam longè recentiorem , quique ab istis accepisse videtur testimonium suum , non moror , aut ejus Autoritate me valdè tueor : quamquam non de nihilo esse videtur , quod ait : Ferunt Ebrai , neque apud eos de hac re ulla dubitatio est , quod Ezra leviores literas excogitaverit . Hoc enim de Iudæis sui temporis dicere videatur . Unde quis non immerito conjecterit , posteriores Judæos , tanquam minus ingenuos atque candidos , factosque indies pervicaciores , sententiam bac in re mutasse . Recentiorum & hodiernorum Christia-

Christianorum auctoritate & te-
stimonio non aliter me tueor,
quām quatenus inter eos viri sunt
longè doctissimi Scaliger, Masius,
Fabricius, Arias Montanus, Wase-
rus, qui omnium optimè judicare
possunt, quid de ea quæstione sen-
tiendum videatur, suæque senten-
tiæ rationes & argumenta habent
non contemnenda. Ad Iudæos
venio. Et recentiores hodiernos-
que quidem quod attinet, quanti
ponderis atque momenti apud nos
esse debeat eorum pro illa, quam
tuetur Buxtorfius, sententia, suprà
modò à me ostensum est. Contra
quos omnes vel unus Iosephus Al-
bus stare potest (qui floruit circa
annum Christi 1420) utpote Chri-
stianæ religionis hostis acerrimus
& infensissimus, contra quam ille
disputat in eo ipso libro מירע, in
quo contra suos sententiam, de
hodiernorum characterum no-
vitate, proponit & tuetur. Cujus

B 2 pro-

28 DE LITERIS EBR.

propterea testimonium hac in re
minimè omnium debet esse su-
spectum , non nimirum alia de-
causa in istam videtur esse addu-
ctus sententiam , gloriæ gentis suæ
minus favorablem, nisi quia vidit,
rationes pro eâ stare firmiores, at-
que inexpugnabiliores . Nec aliâ
de causa *Niger* à suis dictus est , &
atro Iapillo notata ejus senten-
tia , quâm quia ad gloriam gentis
illius longè vanissimæ minus facere
videtur, quomodo eâdem de cau-
sa Eliæ Levitæ de Punctorum vo-
calium & accentuum novitate sen-
tentia ab hodiernis Iudæis non
est recepta , quod eam viderent
Christianis hominibus probari, mi-
nusque videretur sibi esse glorio-
sa. Quo verò jure id ab eis fiat , in
Arcano nostro olim ostendimus
Parte 2. Cap. 2.

Ad rationes autem & argumen-
ta quod attinet , quibus utraque
de Ebræorum literis sententia ni-
titur,

titur, quænam probabiliora sint, ex
hac nostra Diatribâ mox puto pla-
num fiet.

Venio ad veterum Iudæorum,
hoc est, Talmudicorum Docto-
rum, testimonium, Buxt: ipse lo-
co modò ex ipsius dissertatione ci-
tato (§. 60.) agnoscit duas esse in-
ter Talmudicos ipsos Doctores &
Magistros de ista quæstione senten-
tias, *Vnam eorum qui statuunt, Ezram*
in descriptione Legis usum fuisse Assyrio-
rum literis, easque in posterum Populo
Ebræo usurpandas elegisse & commen-
dasse; priorem autem scripturam Ebræo-
rum priscorum reliquiss Cuthæis, hoc
est, Samaritanis, Iudeam jam inde à
deportatione Israëlitarum incolentibus,
(quæ nostra est, quam jam tue-
mur.) Ipseque duorum Docto-
rum verba & sententiam adfert,
Dissertationis suæ parte §.
42. & 43. Niunirum Rab: Iose,
cujus verba sunt, *Licet non sit data*
lex per manum ejus, (Ezræ scilicet)

30 DE LITERIS EBR.

mutata est tamen per manum ejus scriptura. Quare vocat nomen ejus אֲשֹׁרִית Assyriaca, quia ascendit cum eis ex Babylonia. Unde planum est, cum in ea fuisse sententiam, quam supra ex Hieronymo proposuimus, nimirum, Ezram alias reperisse literas, quibus Legem, aliis literis ante describi solitam, Iudeis postmodum scribendam tradidit. quam Scripturam (sive literas) ea de causa vult dictam esse אֲשֹׁרִית Assyriacam; quia illam ab Assyriis, inter quos in captivitate versati fuerant, acceptam, quum è captivitate adscenderunt, deinceps retinuerunt.

Deinde ab eodem adfert Mar Zutra, cuius hæc sunt verba: In principio data est Israeli Lex בכתב עברית Scripturâ Ebraâ & linguâ sanctâ, sed postmodum data est illis in diebus Ezra בכתב אשורי Scripturâ Assyriacâ & linguâ Aramaâ: Elegerunt sibi Israëlitæ scripturam נחננָה Assyriacam & linguam sanctam, & reliquerunt להדיזות Idiotis

tis scripturam עברית Hebræam & lin-
guam Aramæam. Quinam sunt illi
הדיות Idiotæ? Dixit Rabbi Chasda:
סוטאי sunt Cuthæi, hoc est, Samari-
tani.

Qui locus totus, prout à Buxt:
ad fertur in utramque sententiam,
fuit olim ante annos plusquam
20. à me animadversus, & in pri-
vata Adversaria relatus, quem
postmodum vidi à doctissimo Vi-
ro Johan. Coccejo descriptum in
excerptis suis ex Gemara tracta-
tus Talmudici Sanhedrin, Cap.
2. Ex quo tantum abest, ut à pri-
stina de novitate hodiernarum li-
terarum Judaicarum sententia fue-
rim dimotus, ut contra magis in
ea sim confirmatus. Ex his e-
nim Mar Zutræ verbis planum
est, Legem (ex ejus sententia) pri-
mo fuisse Mosi datam charactere
illo, quem עבר Ebraum vocat, sed
postmodum tempore Ezræ, adeó-
que ab Ezra, datam fuisse Judæis

B 4 descri-

32 DE LITERIS EBR.

describendam scripturā *Aſſyriacā*; hoc est, Chaldæā; ac deinceps Ju-
dæos Characterem illum sibi ele-
gisse usurpandum, qui est ipsissima
illa, quam ex Hieronymo retuli-
mus, sententia. Unde liquet, sen-
tentiam illam tum temporis fuisse
inter Judæos receptam, à quibus
Hieronymus eam accepit, à Præ-
ceptoribus suis Judaicis Rabbiniſis
edoctus.

A quorum ætate non potuit
longè abesse iste Mar Zutra Do-
ctor Gemaricus, Gemara nimirum
scripta & absoluta fuit circa annum
Christi 500.

Hieronymus autem obiit cir-
ca annum 420^{uni.} Ita ut Hierony-
mi Testimonium non sit pro pri-
vato Christiani alicujus testimo-
nio habendum, qui rem illam
pro animi libidine confinxerit,
sed potius pro communiter tum
apud Judæos receptâ sententiâ,
quam videmus testimonio duo-
rum

rum illorum Talmudicorum Do-
ctorum confirmatam atque con-
cessam.

Nam quod istis plures alios op-
ponit Buxt. Talmudicos Magi-
stros, qui in diversa sunt sententiâ,
arguit quidem illud aliquam fuis-
se de ista quæstione inter Docto-
res ipsos disceptationem , & dis-
sensionem ; at non infringit vim
argumenti nostri à veterum Ju-
dæorum auctoritate & testimonio
ducti. In hac nimirum causa alio-
rum dissentientium auctoritas ,
non magni apud Christianos de-
bet esse ponderis atque momenti,
propter eam , quam supra attuli ,
initiò , rationem. Invidiâ nempe
& odio Christianorum & Samari-
tanorum , ac nimio præpostero-
que Gentis suæ studio moti de-
scendisse in aliam , non improba-
biliter videntur , uti hoc illis sol-
lemnne est , in iis quæ ipsorum su-
perstitionem , & vanam gentis suæ

B 5 glo-

34 DE LITERIS EBR.

gloriam atque jactantiā spectant.
Non enim contenti sunt homi-
nes illi , ex omnibus naturaliter
innato φιλανπίας vitio , eximiis &
singularibus , maximēque præcel-
lentibus & veris , quibus populus
ille supra omnes reliquas totius
terrarum Orbis gentes jurè gloria-
ri potest , prærogativis , quasque il-
lis Apostolus Paulus , ipse Ebræus
ex Ebreis concedit , ultiroque agno-
scit , Rōm.9. quod eorum nimirum
sint ai Ἀργεῖναι , καὶ οἱ νομοθεσίαι , καὶ οἱ λα-
τεῖαι , καὶ οἱ επαυγέλαιαι , καὶ οἱ ψοφεσίαι , καὶ οἱ δόξαι
καὶ οἱ πατέρες , ἐξ ὧν καὶ ἐσήν οἱ Χεισόδοι καὶ τοῖς
οὐρανοῖς , οἱ δὲ οἱ πάνται θεοὶ δύλογοιτος . quā
gloriā nulla major dari potest ,
quæque si cum vera in Christum
illum , qui ex ipsis ortus est , fide
conjuncta esset , reliquas omnes
Gentes proculdubio longissimo
superaret intervallo ; ex Judæis
enim , (teste ipso Christo) est Sa-
lus : verūm omnem illam verissi-
mam gloriam incredulitate & in
Chri-

Christum impietate fœdum in modum contaminarunt.

His, inquam, verissimis non contenti Prærogativis, & laudibus, quibus gaudere possent, alias falsas, leves, fuitiles & non raro ridiculas querunt, jaqtant atque consequantur, quibus se magnificè invehunt atque ostentant. Non satis illis est Abrahamum, patrem fidelium, amicum Dei dilectum, ab eo singulariter dilectum, quocum & posterius ejus fædus pangeret, habere Gentis suæ primum & longè nobilissimum Authorem; multa insuper inepta, falsa, ridicula, de eo, deque Isaaco, Jacobo, & 12. ejus filiis, Majoribus suis, pro ingenio longè fabulosissimo, comminiscuntur, sine ullo scripturæ divinæ (ex qua sola totam Gentis suæ originem & historiam petere posse sunt) testimonio.

Non satis est illis Mosen, divi-

B 6 nissi-

36 DE LITERIS EBR.

nissimum hominem, habere Gentis suæ à servitute Ægyptiacâ, gloriostissimum liberatorem, longeque sanctissimum Legislatorem, ni multa insuper de eo falsa, absurdâ, insulsa, ridicula, puerilia (præter & contra sacram ab ipso conscriptam historiam) de ejus nativitate, vitâ, factis, & obitu, fabulentur ineptissimè. Uti videre est in insulsissimo, qui de Vita & morte Mosis ab ineptissimo & fabulofissimo quodam Judæo aliquando conscriptus est, libro. Non satis illis est, quòd Deus mira & stupenda planè cum pompa de cœlo in monte Sinai, ut Legem ipsis daret, descendit. ni præterea sacram illam Historiam ab ipso Mose ἀντίπτη descriptam, ineptissimis, de cerebro suo confictis, fabulis fœdissimè inquinent; uti ex eodem illo insulsissimo scripto videre est. Non satis illis est, quòd Deus legem Patribus eorum dederit sacrâ illâ lingua.

guâ, quo Adam, totumque genus humanum, ad exstructam usq; turrim Babylonicam usus est ; Volunt præterea eam inde ad se , usque hodie, perpetuâ per Heber à Noacho ad Abrahamum serie esse derivatam , cum ex Historia sacra potius constet, Abrahamum cum primum Aramæâ sive Chaldaicâ uteretur, istam à Chananaëis , (quibus erat vernacula) didicisse , atque inde ad posteros transmissee.

Non satis illis est, Legem (quomodo eam habent in libris Mosis scripto consignatam) à Deo ἐπέ-
φεν accepisse; Volunt præterea ἀγα-
φεν nescio quain , per πατεροπαρεδότον
traditionem & Cabbalam , serie non interruptâ , à Mose ad se esse derivatam ; cum longè maximâ ex parte nihil aliud ca sit, quàm otiosorum hominum , & recentiorum quorundam Doctorum suorum vana commenta , & futilia, inuti-

38 DE LITERIS EBR.

liaque , atque ineptissima sapè fi-
gmenta.

Non satis illis est , Legis illius
epitomen , Dei ipsius digito tabu-
lis lapideis , ad perpetuam rei me-
moriā, fuisse insculptam, totam-
que adeò Legem à Mose, cæteraque
Dei oracula à Prophetis, literis esse
descripta, ac scripto in sacris codi-
cibus esse consignata. Volunt præ-
terea totidem literis , atque Vocali-
um & accentuum punctis, & api-
culis , quibus hodie eorum libri
scripti & distincti sunt , à Mose &
Prophetis descriptos esse sacros i-
psorum libros: cum planum sit (&
à nobis in Critica nostra sacrâ de-
monstratum) infinitas à Mosis &
Prophetarum tempore irrepsisse in
sacros V. T. Codices varias lectio-
nes, quoad literas , & voces inte-
gras, sitque adeò etiam manifestū,
& à nobis olim in Arcano nostro
Punctuationis ostensum, hodiernas
istas Vocalium & accentuum no-
tas

tas atque figuræ, non nisi quin-
gentis post Christum natum an-
nis, à Doctoribus quibusdam co-
rum Tiberiensibus Masorethis es-
se sacris literis additas.

Denique, non satis illis est,
sacros libros habere ab Esdra,
post captivitatem Babylonicam,
Assyriaco isto, quo hodie utun-
tur, charactere descriptos; Vo-
lunt præterea istum eundem esse,
quo Deus ipse Decalogum tabu-
lis lapideis proprio digito inscul-
psit, & quo Moses totam Legem
in autographo Codice & authen-
tico exemplari descriptsit: quod
quām sit à verisimilitudine alien-
num, putamus hac nostra Diatri-
bâ planum fore, atque ex parte
jam ostensum est. Cùm hoc itaque
sint Judæi homines (pro inna-
ta Gentis suæ vanitate, levitate,
& jactantiâ) ingenio, ut ad ve-
ras suas laudes & gentis gloriam
atque prærogatiwas, aliquid sim-
plici-

40 DE LITERIS EBR.

pliciter præterea assuant falsum atque commentitium; quis non meritò suspicetur, id hac in re à Talmudicis, quos Bux. laudat & pro se citat, Doctoribus factum esse, quum volunt Charakterem istum hodiernum eum esse, quem Deus Tabulis lapideis insculpsit. Nec alia de causa ab aliis popularibus & collegis suis hac in parte, dissentire videntur, quàm quia turpe & parum Gentil suæ honorificum esse putant id concedere, quod alii magis ingenui, veritatis manifestæ vi adacti, ultrò & sincerè agnoscunt. Quare, etsi nihil aliud esset quàm nuda Doctorum illorum inter se dissentientium Auctoritas & Testimonium, utris quæso potius in ista pugna & disceptatione credendum videtur, Judæo affirmanti, an verò neganti? Mirum ne cuique videri potest, si Judæus ex innata Gentis φιλωπίᾳ & vanâ gloriâ, id neget quod putat esse Gentil suæ

suæ esse probrosum atque contumeliosum; id vero affirmet, & pro certo venditet, atque securè mentiatur, quod putat esse sibi & suis gloriosum? Potius itaque eorum debet esse Testimonium Judæorum qui affirmant, quām qui negant, *Antiquas Ebraicas literas esse eas, quibus hodie utuntur Samartani.* Imò vel unius Judæi id affirmantis testimonium, non apud Christianos modò, verùm etiam apud ipsos Judæos (nisi planè ini-qui essent, & nimio sui amore occæcati) majoris debet esse pondēris atque momenti, quām centum aliorum illud negantium. Quanquam in hac causa non usque adeò dispar est, Talmudicorum testimoniū affirmantium numerus. Nam duos saltem profert ipse Buxtorfius, Mar Zutram & Rab. Josen, quibus si duos Hieronymi Præceptores addas (quidni autem addantur, cùm istis contemporanei & maxi-

42 DE LITERIS EBR.

mæ apud suos authoritatis fuerint
quatuor erunt qui pro nobis cau-
sam dicent. Non multò plures præ-
se Buxt. è Talmude profert Testes.
Nam recentiores, hodiernosque
Judæos cur in ista causa non mo-
rer, suprà dictum est. Verùm præ
numero pugnat Buxt. eumque ur-
get, & in re dubia vult ex decisio-
nibus Talmudicis controversiam
decidi debere ex plurium nume-
ro testium suffragiis. At frustra.
Non enim semper major nume-
rus testium in omni re dubia de-
bet prævalere, ponderantur inter-
dum, non numerantur, suffragia,
& testium dicta. Habetur sæpè ra-
tio qualitatis Testium, quorum,
etsi pauciores numero, Authoritas
tamen potior non rarò habetur,
ob insitas qualitates, quæ testimo-
nium reddere possunt magis vel
minùs suspectum. Habetur & ra-
tio rei ipsius, de qua testantur, vel
judicium ferunt, quæ sæpè ejus-
modi

nodi est , ut de ea testimonium
in his magis , quām in illis , grave
sit atque momentosum. Id quod
in hoc Argumento longē est ma-
nifestissimum. Testimonium nem-
pe de se , deque re sua , & in
causa propria , in suum utile ,
commodum , decus , & gloriam ,
dicenti , aut aliquid sibi arrogan-
ti , non facile creditur. Illi potiūs
creditur , qui in se testimonium
dicit , qui negat rem aliquam su-
am esse , qui eam alteri sibi af-
ferenti , ultiō , nec invitus con-
cedit.

Quæritur inter Judæos & Sa-
maritanos , an scriptura , quā utun-
tur hodie Samaritani , sit vetus E-
bræa ; & an eā tabulæ Mosaicæ legis
à Deo fuerint sculptæ , Mosisque
ἀντίχειαφος Legis codex descriptus sit ?
Negant hoc nonnulli Talmudici
Doctores ; affirmāt alii numero (uti
vult Buxtorfius) pauciores . Utris
potiūs credendum sit , difficile non
est

44 DE LITERIS EBR.

est divinare. Sanè si quos, pro se producit testes Buxtorfius, à judice interrogati responderent, sancte-que dejerarent, visas esse sibi tabulas lapideas, Mosisque *ἀντίχειαφον*, eaque affirmarent fuisse Assyrio charactere, seu hodierno Judæo, non Samaritano, scripta. Mar Zutra autem & R. Jose negarent tan-tùm visas sibi esse tabulas illas, Mo-sisque codicem, ac proinde se ne-scire, quo fuerint illa descripta cha-ractere; certè illis fides aliqua ha-benda esset, quamdiu nihil suppe-teret quo falsi revinci possent; ne-que sic Mar Zutra repugnaret illis, quos pro se adfert Buxtorfius. qui enim negat se id vidisse, quod alius affirmat se vidisse, eo non in-fringit, aut falsi arguit illius testi-monium. Verùm Buxtorfii testes non asserunt sibi esse visas Mofis tabulas & *ἀντίχειαφον*, affirmant tan-tùm videri sibi ea fuisse Assyrio charactere scripta, quod cùm nec

ἀντί-

ipsa , nec ullis aliis argumentis probent, sed simpliciter affirmant , non est ideo eorum simplici affirmationi potius credendum , quod numero plures sunt; quia res ejusmodi potest esse, ut ad eam affirmandam contra veritatem & moveri, & induci potuerint; nimirum rem illam ad gentis suæ gloriæ , decus & honorem pertinere putarunt , ideoque in eam magis propenderunt partem, ut sic sentirent , sique scriberent. Contra qui negant , non aliâ videntur adduci debuisse aut potuisse ratione , quam quod manifestâ vi veritatis cogerentur sic pronunciare.

Sic evertitur à testimonio & auctoritate ductum Buxtorfi argumentum , nulliusque pondoris apud nos esse debere evincitur ; nostrum contra ex contrario testimonio & auctoritate ductum stabilitur. Vincat sanè apud hodiernos Judæos (qui cæcā du-

46 DE LITERIS EBR.

D13
ducuntur erga doctores suos obedi-
dientiam, meraque eorum auctori-
tate) numero suffragiorum & te-
stium Talmudicorum ea, quam tue-
tur Buxtorfius, sententia; at certe
apud Christianos, & quosque omnes
judices, potior erit in hac causa au-
thoritas paucorum inter eos ne-
gantium, quam multorum affir-
mantum, *Mosis tabulas hodierno Iu-
daico charactere fuisse descriptas*, quan-
quam (uti supra jam à me nota-
tum est) Hieronymi dictum satis
arguit publicam & constantem eam
in re, totius gentis Judaicæ, non
verò unius aut alterius duntaxat
Doctoris, sententiam: non enim
de re inter eos incerta & dubiâ,
quæque unius & alterius tantum
suffragio niteretur, dixisset, *Cer-
tum est*. Non sunt antiquiores, aut
majoris à nobis censeri debent
auctoritatis, quos pro se profert
Buxtorfius, testes, Doctores Tal-
mudici, quam sunt Mar Zutra &

R. Jo-

R. Jose, aut verò duo Hierony-
ni magistri, Judæorum præcellen-
tissimi, eo tempore Rabbini at-
que doctores eximii. Nam ad R.
Iudam quod attrinet, Misnæ autho-
rem, quem testimoniū adducit Bux-
orius, observandum est 1. fie-
i posse, ut aliis sit quām R. Ju-
da Sanctus, qui Misnajoth dicitur
composuisse, quasi verò non pa-
sim occurrant in Talmude plu-
res eodem nomine Doctores &
Rabbini. 2. Non esse testimonium
illud ex ipsa Misna productum,
quo ipse R. Juda suam enunciet eā
de re sententiam, sed hoc illi dun-
taxat tribui, & referri à Gemari-
cis quibusdam, & Talmudis Hie-
solymitani Doctoribus, quasi tra-
ditio quædam esset R. Judæ. Jam
verò quis ausit certò affirmare ea
omnia, quæ traditionis hujus vel il-
lius Doctoris nomine à Talmudicis
& Gemaricis Doctoribus jaētan-
tur, reverâ esse Doctorum illorum
pla-

48 DE LITERIS EBR.

placita atque effata , cum multi
verisimilius sit plerique , quæ su
Traditionis nomine venditantur
esse somnia & commenta eorum
qui ista sub specioso illo titulo
vendantur : alioqui dicendum erit
omnia eorum somnia & me-
dacia esse traditionem Mosaïcarum
eò enim tandem omnia sua trahunt & revocant , quasi sint כה
משנה משל tradi^{tio} Mosis è monte Sina
& sanè , si hæc fuit ipsius R. Judæi
sententia & traditio , cur ipse ea
scripto non consignavit eo ipso
Misnæ loco , ad quem Doctores illi
eâ de re disputant atque conter-
dunt inter se ? Aut verò estne ve-
risimile , Mar Zutram dissensuru
fuisse à magistro suo R. Juda San-
cto , in cuius veluti verba jurarunt
omnes Doctores Talmudici : e
enim eorum omnium magister
Deinde , etiamsi ostendi posse
R. Judam in eâ fuisse sententiam
idein excipi adversus eum posse
quo

quod modò diximus excipi posse
adversus Judæorum reliquorum
dem dicentium testimonium; es-
tè nempe testimonium domestici-
cum, & in re atque causâ propriâ
atum. Verùm negat Buxtorfius
Mar Zutram & R. Josen dissentire
in rei sententia à reliquis, qui vo-
lunt Mosis tabulas & ἀντιχειρο-
dicem fuisse hodierno Judaïco
charactere scripta, & distinctio-
ne ab hodiernis & recentioribus
Judæis bellè excogitatâ, totam i-
stam Talmudicorum scriptorum
dissensionem facili nullóque nego-
tio expedire & conciliare conatur:
quâ de re mox dicetur.

Hoc tantùm jam libet hîc re-
spondere. Dato, non concessò, Mar
Zutram & R. Josen non fuisse in
eâ sententiâ, quam illis tribuimus,
ac bellè illis cum reliquis Docto-
ribus Talmudicis convenire. At
certè idem de Hieronymo non est
dicturus, proindeque nec de duo-

C bus

50 DE LITERIS EBR.

bus ejus Magistris, à quibus procul dubiò sententiam illam suam hausit. Itaque redibit quæstio; An in ista controversiâ, magis credendum sit Talmudicis scriptoribus affirmantibus, & testimonium profane & Gentis suæ gloriâ dicentibus an verò duobus istis eximiis & præcellentibus Judæorum etiam Magistris & Doctoribus, rem, quæ aliàs sibi & Genti suæ honori & decori cedit, sibi non arrogantibus, aut vindicantibus, sed aliis, adeoque inimicis, ultrò & sponte concedentibus? Missâ itaque testimoniorum hoc in argumento auctoritate, quæ quanta utriunque esse possit, vel debeat, ex his hactenus planum fecisse putamus. Veniendum jam nobis ad rationes & argumenta, testimoniaque non verbalia, sed realia. Ex Siclis itaque, antiquis characteribus Samariticis inscriptis, qui etiamnum hodie in terra Israëlis effodiuntur,

pro-

probatur, characteres illos veterius Judæis ante captivitatem Babyloniam fuisse in usu; siquidem Siclis illis ab alterâ parte inscribuntur *Ierusalem sancta*, quo sanè titulo Samaritani urbem illam, quam exosam habebant, non ornâssent. Unde liquet, eos Siclos sub primo Templo, & quidem à Judæis, non à Samaritanis, fuisse cœsus. Totum istud concedit Buxtorfius, nec diffitetur à Judæis, stante priore Templo, fuisse cœsus ejusmodi Siclos. Sed negat, inde effici, Legis tabulas & Mosis *ιντόχευφοι* fuisse literis ejusmodi descripta.

Nam fuit, inquit, § 64. olim Iudeis duplex character, sacer nimirum & profanus; atque hoc posteriore, communis scilicet, seu profano, signatos fuisse Siclos illos, qui character hactenus communis fuit Iudeis & Samaritanis: unde non negatur, Siclos illos tempore primi Templi cœsus

C 2 fuisse.

52 DE LITERIS EBR.

fuisse. & §. 43. Ebræi ipsi hic respondeant, inquit, Ajunt illi duplice Iudeos olim habuisse scripturam, sacram & profanam; vel externam, & internam; vel publicam, seu communem, & privatam vel singularem, prout appellare libuerit. Illâ fuisse scripta à Deo tabulas Legis, librum item illum Legis à Mose, qui in Arca, vel ad latum Arcæ, fuit reconditus, atque repositus. Et hanc scripturam eam fuisse, quæ homineque etiam in usu, & אשורית Assyrica appellatur. Hac (nempe communis) scripta fuisse exemplaria reliqua Legis, quæ privati quilibet sibi in suum & suorum usum scribebant. Tum etiam in communi usu, in negotiis civilibus quibuslibet, commerciis, contractibus monetis, &c. fuisse adhibitam. & hanc appellat כתב עברית Ebraicam transfluvialem, quam volunt canden esse cum Samaritanâ. Hæc est summa responsionis, quâ & argumenti hujus vim declinare, & testimoniis supra adducti Mar Zutræ & R

Jose

ose pondus elidere se posse sperat
uxtorius , & quâ totam illam
Talmudicorum Doctorum pu-
nam & dissensionem in speciem
antùm , uti arbitratur , pugnan-
um , tollere , atque facili negotio
issolvere , & conciliare , conatur.
Ait enim [§ 43] quæstionem & con-
roversiam inter illos Doctores non suis-
è de charactere sacro , quo Lex in Ta-
ulis à Deo fuit exarata , aut qui in
uthentico Legis codice à Mose scripto
xstabat , qui in Arcâ fæderis asservatus
uit: sed de Lege , quæ Israëlitis in com-
iunem usum data fuit , id scripturâ E-
ræâ , vulgari , & communi factum esse
oncedunt. & quod dicitur , Ezræ
empore Iudæis Legem datam esse scri-
turâ Assyriacâ , id interpretantur de
oncessione , & permissione , vel etiam
nandato , quod Ezras Iudæis dedit , ut
n posterum non amplius scripturâ pro-
fanâ , sed sacrâ , uterentur.

Sanè , si alicunde nobis consta-
ret de duplice ejusmodi Ebræo-

C 3 rum

54 DE LITERIS EBR.

rum scripturâ, res tota confecta
videri posset, lisque composita. A
ea asseritur duntaxat, & simpliciter
affirmatur, & quidem ab ho
diernis ac recentioribus Judæis
quibus grave est admodum Sama
ritanis hanc gloriam concedere
quod usurpent veterem suan
scripturam: quique propterea o
mnem moyent lapidem, ut se ab
istâ Talmudicorum doctorum dis
sensione expediant; at nullâ ra
tione aut argumento adstruitur
confirmaturve. Satis non est distin
ctiunculam, quæ nullo subnixa si
fundamento, comminisci: hoc e
nim est rimam, qua elabarit, quæ
rere; non verò solidè ad objecta
respondere. Sed quia respondentia
ut se ab objectis tueatur, satis
esse videtur, si id respondeat
quod speciem habet aliquam, ne
que potest facile convinci falsi.
Age videamus, quam habeat veri
speciem hæc de dupli charactere

apud

pud veteres Judæos , exceptio.
Primum igitur , vel nullus fuit
omnino scripturæ illius , quam
sacram vocant , extra lāpideas Lē-
gis tabulas & ἀντίχειαφορ Mosis co-
dicem , usus ; vel aliquis fuit , sed
aratus. Si nullus omnino fuit ex-
tra illum codicem & tabulas ,
fuit igitur character ille toti gen-
ti & populo illi ignotus peni-
tūs ; in Sacrario enim in , vel pro-
pe , ipsam Arcam reposita ac re-
condita erant tum tabule , tum Mo-
sis codex , quò nemini licebat in-
gredi , nisi soli summo Sacerdo-
ti ; idque semel duntaxat in anno ,
festo propitiationum , quin san-
guinem sacrificii inferebat in Sa-
crarium , ad expianda populi pec-
cata : quo temporis spatio , ac
penè momento , non vacabat illi
tabulas & codicem illum oculis
perlustrare ; siquidem adspersione
sanguinis factâ , & suffitu coram
Arca peracto , mox inde excedebat.

C 4 Jam

56 DE LITERIS EBR.

Jam quæro, cui bono, cui usu, i-
quem finem, Tabulas & codicer
illum eo descripsisset Moses chara-
ctere, qui mox futurus esset to-
illi populo penitus ignotus. Vulg-
volunt, tabulas & codicem illur-
ων πόρεαφον isthic esse reposita, ut,
fortè de lectione oriaretur aliqui
controversia, eò recurri posset, a
de illo codice lis componi. sed
eo charactere scriptus fuit, cuju-
nullus omnino extra illum codi-
cem usus esset, consuli non potuit
quia legi non potuit.

Deinde, Judæi ex Cabballistarun-
suorum mente, & sententiâ, putan-
in hodierno sacrorum Bibliorum
charactere Judaïco (quem sacrum
esse volunt, & quo descriptus fui-
Mosis codex) infinita latêre myste-
ria in literarum ipsarum majuscu-
larum, minuscularum, formâ, fi-
gurâ, ductibus, inversione, suspen-
sione, apicibus etiam, sive spiculis
aut corollis, quibus literarum capi-

ta

a in scriptura hodiernâ voluminis
ui sacri Legis armantur vel or-
mantur, ita ut fingant, R. Akibam
iam horum peritum fuisse, ut om-
nia in singulis illis apicibus delite-
centia mysteria calluerit, וְעַל בְּלִקְוֹן
epi de singulis illis apicibus commen-
arios scribere potuerit. Unde e-
iam Buxtorfius argumentum ne-
tit pro antiquitate illius charakte-
ris, quasi à Deo & Mose fit, quia la-
tentia in eo mysteria privatim fa-
bientibus per Cabbalam tradiderit.

Sed, si nullus omnino fuit scri-
pturæ illius extra tabulas & Mosis
autographū usus, quæ perpetuò in
Sacrario reposita jacebant; quæ po-
suit esse ulla mysteriorum ejusmo-
di scientia, cognitio, aut traditio,
quæ ex ignoto prorsus, & planè
nviso, charactere & codice peti-
tur. Necesse est inutilem planè, imò
nullam omnino, fuisse mysterio-
rum illorum inter Judæos, ad Ez-
rae usque tempora, cognitionem,

C 5 qui

58 DE LITERIS EBR.

qui ea primus hominibus aperuerit, unà cum scripturâ illâ sacrâ, quam tum demum publicam fecit, cùm antea occulta penitus, & ignota (ex eorum hypothesi) prorsus fuisset. Jam verò cui bono, tot a tanta mysteria, tam diu, per tot secula, tenuisse in Sacrario illo, unà cum sacrâ istâ scripturâ, occulta penitus, ac veluti sepulta? An indigni fuerunt, qui tum vixere, Judæi cognitione illorum mysteriorum? An illi soli digni, qui Ezræ ætatem secuti sunt? Unde planum fit, aniles esse fabulas, quæ illi de mysteriis in sacro illo charactere delitescentibus somniant, atque inaniter crepant; & futile planè esse argumentum, quod inde, ad adstruendam hodierni istius characteris, ab usque Mosis ætate, antiquitatem, petitur.

Si aliquis fuit, extra Legis tabulas, & Mosis codicem ἀντίχειαφορ, characteris illius sacri usus, sed rus

rus. quæritur, apud vel inter quos,
& quibus in rebus, usus illius fue-
rit? Non in profanis rebus & com-
munibus, commerciis, puta, con-
tractibus, monetis, &c. sacer enim
fuit. Ergo in sacris duntaxat, &
inter sacros, h. e. magnos sapientes
& Doctores Legis duntaxat. At
quid sacrum magis, quàm Legis
codex, & sacra Dei per Prophetas
eloquia? Attamen (ex eorum, ad-
versus quos dispiuto, hypothesisi) ne
Legis quidem & prophetarum co-
dices, qui vulgi manibus tereban-
tur, fuerunt sacro illo charactere
exarati, solus Mosis ἀυτίχεαφος &
ipsæ Tabule lapideæ eo fuerunt de-
scriptæ. Quæro autem, licueritne
tum, an verò non licuerit omnino,
eo scripturæ genere uti in describē-
dis vulgaribus Legis & Prophetarum
codicibus? An Moses id prohi-
buerit, atque interdicto sanciverit;
nec ne? Si non licuit, si interdictum
fuit, queritur interdicti illius causa;

C 6 nam

60 DE LITERIS EBR.

nam sine causâ prohibitum illud
fuisse, non sit verisimile. An ergo
ideo fuit interdictum, ne sacer illud
character vulgi manibus profana-
retur? sed an sacratior fuit ille cha-
racter, quâm ipsa Dei sacra elo-
quia, & mysteria in lege revelata?
Si ista voluit vulgi manibus teri-
atque evolvi, omnibus esse nota-
atque aperta, si non veritus est, ne
ista profani vulgi manibus profa-
narentur, putabimus eum noluiss-
e literarum ductus atque figuram
eidem vulgo esse conspicuos, &
eorum visu atque oculis indignos;
aut verò metuisse, ne manuum e-
jus contrectatione profanarentur,
aut sordidarentur? quasi verò mul-
tò major esset in ipsis literarum du-
ctibus, quâm in rebus per eos si-
gnificatis sanctitas atque dignitas?
Apage tam absurdam sententiam
& homine Christiano tam indi-
gnam cogitationem, meréque Ju-
daïcam, adeoque impiam supersti-
tio-

D I A T R I B A . 61

tionem. Si non licuit in vulgaribus Legis & Prophetarum codicibus eo uti charactere; in quibus ergo licuit? an in Phylacteriis, amuletis, & ^{מִנְדָּבָר} aliisque ejusmodi similibus Judæorum nugamentis? Sed an major est harum nugarum, quam sacri ipsius Legis codicis sanctitas, ut illis potius, quam sacro isto charactere uti licuerit? Sane ex Judæorum hodiernorum mente & sententiâ longè major est voluminis Legis, quod in singulis synagogis adservatur, quam reliquorum vulgarium legis codicum, qui hominum manibus teruntur, & major codicum Legis quam Prophetarum sanctitas, & major ^{שְׁמַעַת קְרִיאַת} Tephillin, atque ^{מִנְדָּבָר} sanctitas, quam reliquorum scriptorum. Sed mera est etiam superstitione illa Judaica, homine Christiano prorsus indigna.

Si licuit codices etiam sacros, sed communes vulgi manibus tenendos

62 DE LITERIS EBR.

rendos sacro isto charactere de-
scribere. Cur factum non fuit? quod
factum ut à Mose ad Ezram usqu
& Daniele in toti Israëli ignotum
fuerit sacer ille character, in ipsa de-
mum captivitate Babylonica, a
istis duobus manifestatus? Quid
An Eleazar, Phineas, Aaronis filii
Eli, Samuel, Tsadoc, Abiathar
summi Sacerdotes sub Davidis &
Salomonis imperio, rebus Judai-
cis tum maximè florentibus, tan-
incuriosi, tam negligentes, tan-
somnolenti fuerunt, ut nullum
Legis codicem sacro isto charac-
tere (si id licuit) describi curave-
rint? maximè, si tot ac tanta in e-
latent (uti volunt Judæi Cabbali-
stæ) mysteria, quæ alioqui delitue-
runt planè ignota. Si descripsi-
funt, cur non ex istis alii? quando
id interdictum non fuit. An ip-
Prophetæ tam fuerunt etiam incu-
riosi, ut nullum Legis codicem cu-
raverint sacro illo charactere de-
scribi

scribi ; vel tam timidi (ne superstitiosos dicam) ut sacra etiam sua oracula non ausi sint sacro isto charactere describere ? An etiam Esaiæ & Jeremiæ ignotus fuit sacer ille character? Certè si aliquis fuit ejus Iesus inter Sapientes & Gentis illius Doctores ; non fuit Prophetis istis ignotus, atque occultus . Cur gitur eo non sunt usi in propriis libris atque oraculis scripto consignandis ? Si eo usi sunt ; non igitur primi Daniel & Ezras eum populo propalaverunt, atque è tenbris eduxerunt.

Ac frustra est, planèque futile Rabbi Judah , cum sua traditio-
ne , quum ait ; *Datam quidem esse intio Legem בכתב זה charactere isto* (sa-
cro nempe , & hodierno) verùm ubi peccaverunt , נהפנ' להם לרווען conversa
est ipsis in fracturam ; quum vero ad se redierunt , redditam tum illis
esse. Omitto variam & incertam
vocis illius רוען , quæ à variis af-
fertur,

64 DE LITERIS EBR.

fertur, interpretationem. Quicquid sit, vel significare voluit phrasis illâ, intercidisse penitus inter Judæos, propter eorum peccata ante captivitatem Babylonicam, libros omnes charactere illo sacro scriptos; vel nihil dicit. Nam si manferunt nihilominus libri charactere illo sacro scripti, neque omnes interciderunt; fuit inter eos aliquis scripturæ illius usus in libris sacris vulgaribus; atque sic ruit eorum distinctio de charactere sacro & communi. Si omnes omnino propter eorum peccata interciderunt; Ergo, antequam peccarent, cum nondum intercidissent, plures fuerant sacro illo charactere libri scripti; & sic rursus concidit distinctio characteris sacri, & communis. Deinde, ubi ponet ille tempus tum peccati Israëlitarum, tum intercisionis librorum sacro charactere conscriptorum? An in Templo per Nabuchodonosorem conflagra-

agatione, quum Arca, & Tabu-
e, & Mosis ἀνπόλεμαφος, quæ vel in
Arca vel prope Arcam erant, per-
erunt? ita ut hoc velit R. ille Juda,
peccatis Judæorum factum esse,
ut tandem Templum, Arca & quæ
uxta Arcam erant, Tabulæ fæde-
ris, & Mosis codex, in quibus solis
exstabat sacra illa scriptura, perie-
rint, mox verò per eorum pœni-
tientiam in captivitate Babylonicâ
actam, restitutam fuisse ipsis scri-
pturam illam sacram, per Danielem
& Ezram. Sed sic primò eodem
captivitatis tempore simul & inter-
cidit, & restituta illis fuit, scriptura
ista sacra; quod non videtur con-
venire cum illis R. Judæ verbis,
quæ innuunt, distincta esse tem-
pora intercisionis & restitutionis:
2. redeunt absurdæ, & incommoda,
quæ suprà modò deduximus ex il-
lā sententiâ, quæ statuit nullibi ex-
stítisse scripturam illam, nisi in Ta-
bulis & ἀνπόλεμαφος Mosis codice. De-
inde,

inde, si unà cum Templo, & Ar
câ, perierunt Tabulæ & Mosis co
dex ἀντίχειαφος: Unde Daniel & Ez
ras sacram illam scripturam erue
runt? unde fuit ipsis cognita? ne
que enim, stante Templo, licuit i
psis Sacrarium ingredi, & Tabula
atque codicem illum Mosis contre
ctare, inspicere, scrutari, evolvere

Confugint h̄ic aliqui ad ma
num illam, quæ in convivio Bel
schatzaris descripsit in pariete Me
ne, Mene, &c. Dan. 5, 5. quam scri
pturam volunt fuisse sacram illam
qua Tabule & Mosis codex fuerun
scripta. Verùm unde istud proba
bunt? An quia Chaldæi, & hariol
atq; divini, non potuerunt eam le
gere, solus Dan. id potuit? At pri
mùm dato, scripturam illam fuisse
sacram Tabularum & codicis Mosi
scripturam, Dan. non potuisset ta
men ex se, & per se, sine divina reve
latione, eam legere, si scriptura illa
nullibi exstabat quàm in Tabulis &
cod.

od. ullo, ut id jam supponitur; imò
otuissent harioli Babylonenses o-
perâ Diaboli eam legere; Diabolo
i. proculdubio non fuit ignota scri-
ptura Tabb. & codicis Mosaici. Ita-
que verisimilius est novam fuisse, &
Talèò usq; omnib. incognitam, ab An-
gelo ex tempore excogitatam scri-
pturā, ad quā ideo legendā Danieli
opus fuit divinā revelatione. Dein-
de non consentiunt de illa Angeli
scripturā Dd. Talmudici, (uti ipse
observat Buxt.) Sunt enim qui vo-
lunt, scriptū illud fuisse per Gema-
triam; alii per שׁבָּא; alii alio modo.

Si dicant, etiam ante captivitatem
Babyl. intercidisse libros sacro illo
charactere scriptos; sequitur, scri-
pturam illam sacram alibi existisse
quām in Tabulis & Mosis codice:
nam ista non prius existiterunt,
quām cùm Templum à Nabuchodon.
est eversum. Ruit itaque rur-
sus distinctio illa characteris sacri,
& communis. Itaque frustra est R.
ille

ille Juda cum suâ characteris illius
sacri conversione יְהוּנָן.

Deinde, libens quæsicerim à magistris illis Rabbinicis, qui duplum scripturam istam commentantur, *An existiment, scripturam illam sacram fuisse inter Iudeos, seu Israëlitas, usurpatam ante datam à Deo in monte Sinai Legem; an verò tum primum fuerit à Deo hominibus proposita, atque in orbem terrarum invecta?* Si prius illud dicant, quæritur rursum; *quis fuerit ejus inter Israëlitas usus, an sacer & singularis; an verò communis, profanus, & vulgaris?* Si communis, & profanus; cur à Deo potius, quam alter, electus est, ut esset deinceps sacer? Si sacer jam antea fuit; quæritur, *quā in re potuerit usus ejus esse ante Legem datam sacer?* An fuerunt inter Israëlitas ante Mosis Legem libri ulli sacri? Unde id nobis probabunt? An ex mendacibus & futilibus suis traditionibus? *Credat Iudeus Apella; non ego.*
Si

Si dicant , scripturam illam tum
primum orbi terrarum innotuisse,
quum lex in monte Sinai à Deo fuit
Mosi data ; quid opus fuit novo
quodam charactere eam scribere,
cujus nullus erat futurus usus , nisi
nille quingentis post annis , post
solutam nimirum Babyloniam
captivitatem ? Nullus nempe ante
fuit, aut potuit esse, ejus usus, si sole
Tabulæ & Mosis codex eo chara-
ctere scripta fuerunt, si ne reliquis
quidem libros sacros eo describere
licuit : uti volunt magistri , com-
menti istius auctores . Quis ergo
potuit esse usus characteris novi &
incogniti , qui , ex quo primum
exstitit , perpetuò mansit in Sacra-
rio (quò nemo penetrabat) inclu-
sus , nemini visus , nemini notus ?
Tum , quid opus fuit novo & in-
cognito charactere scribi Tabulas
illas & *αντίχαρφον* Mosis codicem , si
in eum finem in Sacrario illa asser-
vabantur , ut tum consulerentur ,
ubi

70 DE LITERIS EBR.

ubi controversia aliqua de van
lectione, vel codicum vulgariu
corruptione moveretur. Sanè, a
hoc debuerunt illa omnibus po
tiùs noto & vulgari charactere scri
bi, ne quis excipere posset lectio
nem, quæ ex illo codice depromo
retur, confictam esse.

Nam si quis erat usque adeò im
pudens, & perficitæ frontis, i
falsi & corruptionis argueret le
ctionem vulgarium codicū, qua
summus sacerdos probam esse affi
rebat, procul dubio non dubita
set excipere eundem comminiss
pro animi arbitrio lectionem e
codice Mosis depromtam, cuju
ipse solus conscientius esse potuit.

Sed age, duplicitis illius characte
ris appellationem excutiamus, at
que inde commenti illius Judaic
futilissimi vanitatem revincamus.
Sacrum characterem Sacrario con
clusum dictum esse volunt
נבר' י Vulgarem
אשורי

D

De priore primūm dicamus. Quæ-
tur : An sic dictus fuerit ipsius
Mosis; an verò Ezrae duntaxat tem-
ore, quum illius usum voluit om-
nibus Judæis esse communem ? Si
prius dicant ; queritur , cur sic sit
dictus, An quia *Affyrius* fuit; an verò
uti R. Juda hariolatur) quia scri-
tura illa fuit מושנָה beatificata .
Prius illud dici non potest. Cur e-
cum vel à Mose , vel ab Israëlitis,
dictus tum fuisset character ille
Affyrius , maximè si tum primūm,
quum lex data fuit , à Deo ipso in-
ducem proditus fuit. Sed etsi jam
antea inter Israëlitas in usu esset,
cur *Affyrius* ab ipsis dictus esset ?
An quia ex Affyriâ primūm pro-
dierat , & ad eos venerat ? Quan-
do verò , & à quo ? Non à Mose
ipso , qui nunquam in Affyriam
profectus esse legitur. An ab Affy-
riis ad Ægyptios , & ab istis ad Is-
raëlitas defluxerat ? At unde nobis
stud exsculpent ? Annon Ægyptii
Affy-

72 DE LITERIS EBR.

Assyrios sapientiâ æquarunt , a
verò etiam superarunt ? Tam illi
quàm istis , literarum inventum
adscribi potest ; & quamvis ab A
syriis primum emanasset literarum
inventum , non sit tamen propte
ea admodum verisimile , Æg
ptios , qui sapientiæ & rerum scie
tiæ gloriâ non minùs quàm Assyr
iis tumebant , voluisse iisdem liter
arum ductibus & charactere ui
cùm possent alios comminisci , pri
piosque sibi facere .

An igitur Assyriaca fuit ab I
raëlitis dicta scriptura illa , quia
Abraham Judaicæ gentis auct
or , ex Ure Chaldæorum secum fu
it in Chananæam delata , posterisq
uis tradita ; uti censet (referen
tia Buxtorfio §. 63.) R. Gedalia
schalscheleth hacabbalah . Sanè
Abraham ex Ure Chaldæorum se
cum literarum inventum & char
acteres in Chananæam detulit , ea
potius attulit , quæ *תַּבְרִית* dicitu
con

om munem nimirum & vulgarem
am , quâ posteros ejus deinceps
los esse volunt. Nam utramque
Assyriis accepisse , non est veri-
mile ; cur enim una potius quam
ter , Assyriaca fuisset dicta , si u-
raque ab Assyriis fuit accepta ? I-
mò , cur non potius Chaldaica fuit
icta , siquidem ex Ure Chaldæo-
um , non ex Assyriâ , dicitur fuisse
profectus ; nec legitur unquam
uisse in Assyriâ , quæ etsi non lon-
è à Chaldæâ fuerit dissita , & Chal-
æa Assyriorum Regi (uti vide-
ur) paruerit tum temporis , potuit
amen Abraham , in alienam ter-
ram delatus , scripturam illam ,
quam in patria didicerat , patriæ
indicare , eamque de Patriæ , non
e Affyriæ nomine in Chananaæ
pellare , sine magna cujusquam
njuriâ. Imò , cur non potius ab A-
brahami posteris dicta est Abraha-
nica , cum eam ab ipso acceperint ,
Chananaëis ipsis tum temporis i-

D gno-

74 DE LITERIS EBR.

gnotam , si modò ea ab Abraham ex Ure Chaldæorum primù fuit in Chananaem allata. An d cent , Chananaeos ab Assyriis ea accepisse, Ægyptios verò à Chan naeis, Israëlitas ab Ægyptiis; aut verò ab ipsis etiam Chananaeis , cui in eorum terrâ versarentur atque peregrinarentur ; à Chananaeis autem *Affyriacam* esse dictam , quem ab Assyriis primù acceperant & didicerant. Sunt hæ long ambages , & gratis hæc omnia dicuntur , sine ullo authentico antiquitatis testimonio . Omnino igitur *Affyriaca* non fuit dicta hæ scriptura ab Israëlitis , Mosis tempore , aut verò ante ipsius Mosi tempora.

Tum etiam , quid opus fuit sive Abrahamo , sive etiam ipsi Mosis duplici charactere ? An uterque habuit abscondita quædam mysteria , quæ noluit omnibus suis essent nota , quæque propterea voluerint ignoto

noto quodam & occulto chara-
tere , paucis duntaxat μεμυκμένοις
ognito , scripto consignare ? Id
erò solet facere superstitione , falsa-
ue religio, cuius mysteria (utpo-
e futilia & abominanda) si vul-
o proderentur, deriderentur, vel
scent exsecrationi , ea propter
occultantur, & paucis consciis, sa-
rum prius ad silentium adactis
quod apud Græcos & Romanos
(iebat) aperiuntur , ut ignaræ ple-
bejæ religio, quæ ejusmodi jactat
horrenda mysteria, venerationi ha-
beatur. At vera religio arcana &
mysteria sua non occultat , imò
vel maximè cupit ea propalari ,
quia per eorum cognitionem ho-
nines perducit ad salutem , nec
erò adduci poterunt sine illorum
cognitione. Itaque & frustra est
Buxtorfius , quum objicit , apud
Græcos & Ægyptios duplicem fuis-
se ejusmodi characterem, *sacrum* &
profanum; & futilissimum est, atque

D 2 va-

76 DE LITERIS EBR.

vanissimum Judæorum superstitionum commentum, qui Ab
hamo affingunt librum צִירָה quo volunt grandia latere &
condita admodum mysteria; Mosen item volunt paucos quidam sapientes docuisse Cabbala
atque in ea admiranda revelata mysteria, quæ noluerit vulgo con-
nota. Nam quæ majora & sancta esse possunt religionis mysteria
quam ea quæ Deus in Mosis & Prophetarum libris voluit omnibus esse exposita & manifesta? Quod
futile itaque est, & vanissimæ superstitionis plenum, dicere, Deum
voluisse tabulas Legis & Mosis τιχευφον, peculiari quodam, &
vulgi cognitione remoto charactere describi. Nam quem in finem
id voluisset? An ut plebem submoveret à lectione, & cognitione eorum quæ charactere illo erant co-
signata? Atqui hoc à Dei ingenio & naturâ planè alienum est; am-
ena

him sese & sua omnibus homini-
as exhibere cognoscenda. Dein-
e si hoc voluisse, cur alio com-
uni & vulgari charactere descri-
, in omnium usum, voluit eun-
em illum Mosis codicem? Quid
itur? An in ipsis literarum duicti-
us & charactere fuit singularis a-
qua sanctitas, dignitas, & vene-
tio, cuius contuendæ, & oculis
surpandæ digni non fuerint ho-
ines è vulgo? At verò meram id
pit & putidissimam Judaicam su-
erstitionem, suprà jam à nobis
investigatam.

Non fuit itaque scriptura ista
Mosis ipsius tempore dicta ab Is-
raëlitis *Affyriaca*; nulla nempe cau-
idonea fuit, cur sic tum diceretur.
Irgo postmodum sic dicta fuit. At
uādo? An Judicum & Samuelis, an
Davidis & Salomonis, aliorumque
udæ Regum tempore? At si Mo-
sis tempore in usu aliquo fuit inter
Israëlitas (licet sacro duntaxat illo,

D 3 & oc-

78 DE LITERIS EBR.

& occulto, quem illi volunt) nomen suum & propriam habuit appellationem. Cur illam igitur permodum amisisset, novamque ius locum assumisset?

An verisimile est, Samuelem, Davidem, Salomonem, pios Tibus Judæ Reges nescivisse, quoniam nomine Mosis tempore vocatur sacra illa scriptura, passosque fuisse ut alio, & quidem peregrino, nomine appellaretur? cur non potius *Sancta*, quam *Affyriaca* tam à Mose, quam ab Israhelitis dicta fuit, si usus ejus tamen facer, & à vulgo secretus, (uti volunt) fuit?

Omnino igitur *Affyriaca* inter Judæos tum demum dicta eorum ab illis usurpari cœpit, ex parte nimirum tempore, post Iuliam Captivitatem Babylonicas quia reverâ Affyriorum & Chædorum, seu Babyloniorum, propria erat, à quibus eam accepit

215

as , & Judæis tradidit , uti vult
Hieronymus loco supra citato. At-
que hinc est , quod Talmudicus
Doctor R. Jose dicit , eam esse di-
tam *אשורית Assyriacam* ממען שעה
quia ascendit unà cum ipsis ex
Affyriâ , hoc est , cœperunt eam u-
npare , eâque uti Judæi , quum
ex Affyriâ , sive ex Captivita-
tate Babylonica , ascenderunt , ut
prote qui isthic in Affyriâ , tam
linguae , tam scripturæ Affyrio-
rum , seu Babyloniorum , assue-
erant.

At (inquit Buxtorfius) nulla est
in eo argumento consequentia , Lingua
& scriptura Chaldaica facta est Iudeis
in Captivitate familiaris . Ergo solutâ
Captivitate scripturam suam deserue-
runt , & Legem literis Chaldaicis , qui-
bus in Captivitate assueverant , scribere
voluerunt . Ego verò neque tum sic
sum specialiter argumentatus , uti
me argumentari jam facit Buxtor-
fius , neque nunc sic argumentor.

D 4 Ego

80 DE LITERIS EBR.

Ego tum id tantum volui, Ne
debere mirum cuiquam videret
quod Hieronymus diceret, &
Judaicis suis Doctoribus didici-
set, Ezram literas Chaldaicas Ju-
daicis dedisse, iisque Legem Judae-
rum descriptissime; quia nimirum
Captivitate propriæ & vernacula
linguae Ebraicæ penè erant oblitæ,
maximè verò vulgus, & Cha-
dæorum ut lingua, sic & charactere
familiaris ipsis evaserat. Non es-
puto, hæc ratiocinatio à veri specie
& similitudine admodum aliena.
Nec ego jam sic argumentor, ut
Buxtorfius facit me argumentari.
Sed hoc est jam argumentum
meum: Non potuit ab Israëlitis
dici *Affyriaca*, nisi Captivitatis tem-
pore, aut post solutam Captivita-
tem; nam si ante Captivitatem, ad
eoque ipso Mosis tempore, fui
ab ipsis usurpata scriptura ista, ali-
nomine procul dubio ab ipsis fui
appellata. Ergo tum demum al-
ipſi

sis fuit usurpata, quum ab illis *Aſſyriaca* est dicta, tempore nimirum captivitatis, vel paulò post solūm Captivitatem; nec aliā de causa dicta est tum *Aſſyriaca*, quām uia ab Aſſyriis, sive Chaldæis, eam ceperunt; & ideo acceperunt, uia lingua eorum facta fuerat iſis familiaris, & quasi vernacula.

At nulla est (inquit ibidem Buxorius) probabilitas, ipsos, linguæ miliaris causā, Legem & scriptum suam originalem atque authencam prorsus deserere voluisse. Venim aliud est Legem & scriptum ipsam; aliud verò literarum ductus, & characterem, dererere. Sacrilegi, impii, profani, postatæ fuisset, si Legem ipsam & sacra Prophetarum scripta deseuissent Israëlitæ. At, fuitne tam grande scelus, tam inexpiable facinus, Legem & Prophetarum oracula alio charactere describere, quām qui antea solitus fuerat, cùm

D 5 noyo

novo isto characteretam integrè
intemeratè, vel ad minimam qui
literulam usque, describi potueri
facri illi codices, quàm quo antea
Mose & Prophetis descripti fu-
rant, quandoquidem Chaldæoru-
literæ Ebraïcis ad amissim, quo
vim & potestatem, respondent, i-
ut iisdem planè utraq; lingua litera-
rum ductibus tam commodè scribi
possit, quàm in lingua Græca, Attic
& Ionica, vel Dorica, & Æolica, dia-
lectus iisdē possunt literarum figu-
ris, eodē characteris genere scribi

Sed, an rem tam parvi momenti ej-
se putamus, (inquit Buxt. ibidem) li-
teras, quas Deus digitis suis consecrave-
rat, quas Moses legislator ab ipso acce-
perat, quâ lex & Prophetæ ex instinctu
Spiritûs Dei conscripti fuerant, muta-
re, & propriâ ac privatâ auctoritate
לְוַיַּה תִּתְהַנֵּה literas barbaras & pro-
fanas in earum locum substituere?
An credibile est, Ezram hoc Iudæis in-
dulsurum & permissurum fuisse, nedum
ut

t ipse hujus rei auctor esse & dici voverit? Sanè, si in ipsis literarum ductibus, & characteris formâ, vera, propria & peculiaris aliqua inesset sanctitas, aut vis & proprietas, quæ ad rem ipsam faceret, hoc est, ad najorem & pleniores planiorēmque rerum ipsarum significatarum cognitionem atque intelligentiam, procul dubio temerarium, & inconsultum, neque id modò, sed fortè impium & sacrilegum fuisset, scripturam illam veterem tam sanctam, singularique vi & proprietate proditam commutare. At in literarum ductibus, & characteris formâ, nulla est vera sanctitas, nulla singularis vis aut proprietas, ad rerum significatarum & vocum sensum & mētem intelligendā atq; percipiendo. Deus & Moses in scribenda Legge, eos procul dubio adhibuerunt characteres, qui populo illi noti erāt & familiares, ut eorum operâ legere & intelligere, quæ scribebantur,

D 6 pos.

84 DE LITERIS EBR.

possent. Non igitur erant antea
in se sancti, nec eo Dei & Moysi
facto facti sunt in se etiam sancti
res, verâ, inquam, sanctitate, si
sanctificandi vi & proprietate pra
diti; Est nempe superstitionis
deiσδαιμονίας, non veræ religioni
sanctitatem, seu sanctificandi vi
& proprietatem, rebus externis
materialibus (quales sunt literarum
ductus) adscribere & affingere, v
affigere. Cùm itaque nulla sit i
ipsis literarum ductibus sanctita
cùm nulla singularis in his potius
quàm in illis in significando pro
prietas, cùm lingua Ebraïca tan
commodè exprimi potuerit Cha
daïcis, quàm veteribus Ebraïci
res non est tam magni momenti putana
(ut Buxtorfio verba sua regerant
quòd Ezra literas, quas Deus ideo Ta
bulis inscripserat, & Moses codice
suum illis descripsaserat, ac Prophetæ libro
suos ideo exaraverant, quia jam prideret
populo Iudaico in usu communi erant)

alias non minus commodas, for-
que adeò commodiōres, quia
xpeditiores, & παχυζεψια accom-
modatiōres (quales sunt Chalda-
e supra Samaritanas, seu veteres
braicas) commutarit? hásque in illa-
um locum substituerit, non privatā
uctoritate, sed communi Judæo-
um consensu, quamquam, et si pro-
rio motu id tentasset Ezras, eâ e-
rat apud populum illum & aucto-
ritate, & dignitate, ob exiūniam &
ngularem Legis peritiā, zelum
& pietatem, adeoque & spiritum
propheticum (quo factum est, ut
criptus ab eo liber inter canoni-
cos, & θεοπνευστις censeatur) ut non
possit id factum privatæ & pro-
priæ auctoritati jure tribui. Neque
alde incredibile est, Ezram vel hoc Iu-
læis indulſisse atque permisſe, vel ipsum
tiam hujus rei auctorem esse voluisse,
iquidem nihil inde Legi ipsi dece-
lebat, vel populo Judaico peribat,
quod ullo modo esset momento-

D 7 sum,

sum , quando totidem planè ad
mussim vi , sono , & potestate r
spondentibus veteribus Ebraicis l
teris , et si non eâdem figurâ , s
crum sic habuerunt descriptum te
tum Veteris Testamenti corpus a
que codicem . Certè eâdem au^tor
itate id potuit facere Ezra , q
ip̄si volunt cum communes & vu
gares literas inter Judæos abolo
visse , & sacrum characterem , ar
tea singularem planè , & recondi
tum , atque in sacris duntaxat u
surpatum , communem planè &
vulgarem fecisse , sive (ut illi lo
querentur) profanasse . Nam si ad
eò sacer fuit , ut locum non ha
buerit , nisi in Tabulis à Deo ipso
sculptis , & in Mosis autographo
quo jure , qua au^toritate Ezra
communem esse voluit , atque ita
quantum in ipso fuit , profana
vit ? Certè eâdem , qua ille feci
istud au^toritate , potuit & illud
facere .

Nec

Nec est quod Buxtorfius odioso
omine literas Chaldaicas vocet
ic נָבָרָה *barbaras*; non enim magis
uerunt barbaræ, quam ipsa lingua
haldaica. Quod si linguâ istâ
arbarâ Daniel sacro actus Spiritu
on dubitavit scribere, & ipse E-
ras magnam sui libri partem eâ-
em linguâ conscribere, sine metu
profanationis Codicis sacri; cur
ubitaverit idem ille totum vetus
Testamentum linguæ illius Chal-
daicæ literis describere sine metu
profanationis: non enim major
est in literis, quam in lingua bar-
baries. An apud Deum barbara
est ulla lingua? An non omnes lin-
guæ ab eo sunt? An non eodem &
bari apud ipsum sunt precio? Cur
gitur censemus, profanari sa-
cra ejus oracula, si aliis charac-
teribus & literarum ductibus descri-
bantur, quam iis, quibus primum
sunt ab ipso & Mose scripta? Apag-
yanissimam illam superstitionem
ho-

hominibus Christianis & Spiritu
Dei (quo & Daniel & Ezras duo
sunt) indignam; eamque hodierni
Judaëis, genti ad naufem usque si
perstitione, relinquimus. Causa
autem, cur Ezras in antiquo scr
bendi genere mutationem istam
induxcrit, attulimus in Arcano no
stro geminam, non admodum im
probabilem: nempe primò, quò
antiquam Judæorum scripturam
Samaritanis (quos cane pejus &
angue oderant) videbat pridem ei
se occupatam, tam in sacris, quām
in civilibus & profanis rebus: dein
de, quòd Judæi in captivitate &
linguae & characteribus Chaldæo
rum jam assueverant, ea que fami
liaria sibi fecerant.

At, inquit ibidem Buxtorfius,
ubicunque terrarum hodie Iudæi de
gunt in Oriente, & Occidente, lingua
illius terræ, quam inhabitant, ipsis est
vernacula; nec propterea literas in scri
pturis sacris permutant. Sanè quā
reli

ligione, vel potius crassâ superstitione, hodierni Judæi nefas eis efficiunt aliâ, quâm Ebræâ linguâ sacros libros in Synagogis suis publicè legere, eâdem superstitione solunt Ebræam linguam Veteris Testamenti alio charactere, quâm uenient Ebraicum putant antiquum, scribere; quasi grande nefas & crimnen esset aliter facere. Tempore Izræ nondum tanta occupaverat nimos eorum superstitione. Sa- mè linguam ipsam Ebræam, etsi paulatim apud eos jam tum obsoletum esseret, in sacris libris publicè & privatim legendis, optimo consilio & arcano providentia divinæ notu acti, conservarunt, ut quibus verbis, quo sermone Deus ipse locutus sit, & Prophetæ scripserint etiamnum hodie cognosceremus: quod equidem ad pleniorum & planiorem sacrorum ejus oraculorum intelligentiam pernecessarium est; at non est pariter necessarium, aut
verò

90 DE LITERIS EBR.

verò utile , ut eodem , quo il
charactere, etiam hodie describa-
tur , in vulgari hominum usu. A
venerandæ autem & sacræ Ant-
quitatis memoriam satis no-
se , & sacram illam antiquam
tiamnum hodie superesse , & ear-
esse, quæ in usu communi est apu-
Samaritanos.

At verò (inquit ibidem Bux-
torfius) hocne esset Legem restituere
restaurare ; quo nomine celebratur E-
zras? Quid?qua in re posita est Lex
An in literarum ductibus ; an ve-
rò in verbis , sermone , verborum
formâ, constructione, sensu, men-
te & significatione ? Certè in hi-
potiùs,quàm in illis,existimandun
est Legem esse positam. Is itaq; re-
stè Legem restituisse,instaurasse di-
ci poterit, qui partes Veteris Testa-
mēti(que multę sūt)huc & illuc dis-
iectas, conquisivit, in unum colle-
git , ordine certo digessit , corru-
ptos(sì forte)codices plurium col-
latione

tione correxit , & emendavit ,
potius Veteris Testamenti intelli-
gentiam pro viribus , & modu-
lo suo, proque temporis illius men-
sura Spiritus , quæ tum indulgeba-
tur , Gentis suæ hominibus sedu-
cendo tradidit ; is , inquam , qui hæc
fecit (uti Ezram ajunt , & jure qui-
em , fecisse) non dicetur Legem
restituisse , instaurasse , nisi etiam
acrum illum codicem iisdem li-
terarum ductibus & figurâ , qua-
ntea , totum descripserit ? Apag-
e istam ! Præterea (inquit
Buxtorfius) contrà potius conclu-
dere licet , Iudeos , cum è Babylone re-
verterentur in terram suam , de his o-
mnibus paulatim deserendis cogitatio-
nes animo suo volvisse . Quid verò
per hæc omnia deserenda à Iudeis in-
telligit Buxtorfius ? Opinor , lin-
guam , & characteres , seu scriptu-
ram Chaldaicam , quibus in Ca-
ptivitate assueverant , quæ fecerant
sibi , dum isthic essent , familiaria .

At

At cur quæso istud potius concludere licet, quām illud? An de defērenda lingua Chaldaicā cogitationem suscepérunt, cūm in ea magis magisque paulatim lapsu temporis confirmati manifestò sint, adeóque magis magisque indies inter eos corrupta evaserit lingua eorum vernacula, ita ut Syrochaldæca mixobarbara tandem evaserit? Quidni igitur & Chaldæorum literas sibi pariter familiares & quasi vernaculas fecerint, sicut & lingam?

Denique, inquit ibidem, dubiâ hac nititur hoc argumentum hypothesi. Literas istas Chaldæorum & Assyriorum proprias fuisse: quæ nondum est probata. Contrarium enim potius videtur, Chaldaeos & Assyrios literas istas ab Ebreis accepisse, ac didicisse. At verò hypothesin illam jam probaveram Hieronymi testimonio, quod quantum hac in re esse debeat, suprà à nobis ostensum est. Et jam
puto,

uto, magnâ ex parte planum nos
decisse, quâm vera sit hypothesis
la, *hodiernas Iudæorum literas Chal-*
deorum, seu Assyriorum esse: quod &
osa appellatio arguit; uti hactenus
manifestum fecimus.

Quâ verò veri specie vult post
Iudæos Buxtorfius (nam omnia
ia ab ipsis habet, & dicit, argu-
nenta & responsiones) Chaldæos
& Assyrios à Judæis, non hos ab il-
lis, hodiernam accepisse scriptu-
ram? Quid? An Chaldæi & Assyrii
victores, & rerum Domini, à de-
victis, subditis & captivis Judæis
literas, scribendique rationem, suâ
derelictâ, accepisse verisimile est;
cùm contra soleant victores subdi-
tis à se devictis, mores, linguam, &
cum lingua scribendi modum im-
ponere? An non Romani à Græcis
ut linguam, sic & characteres suos,
& rationem scribendi acceperunt?
An non iidem olim in Gallia, Hi-
spania, Africa, gentibus à se devi-
ctis

DE LITERIS EBR. 5

ctis linguam suam & scriptura
communicarunt , adeoque impo
suerunt , idemque Mahumetan
populis à se subactis fecerunt ? A
eis certè nec linguam , nec scriber
di rationem , literarumque ductu
acceperunt .

Nugacissimi sanè Judæi hodier
ni , ut quoquomodo , quo jure
quâve injuriâ hodiernam suan
scripturam omnium primam effi
tueantur . Satis sibi Suffeni sunt , u
contra omnem veri speciem men
tiantur , & calido commento fin
gant audacissimè , Chaldæos à se
accepisse literas ; at nemo , cui vel
mica salis in pectore sit , id facile
concesserit .

At (inquit Buxtorfius §. 68. ex
R. Jacob in En Israël) occasio mu
tatæ hujus scripturæ fuit Angelus ,
qui in convivio Belschazaris scri
psit in pariete , isto characteris ge
nere , *Mene* , *Mene* , *Tekel* , *Vpharsin* .
Unde (inquiunt Judæi) Daniel
occa-

ccasionem sumsit docendi Ma-
nates Assyriæ , ad eorum preces,
ripturam istam, indéque per uni-
versam Assyriam diffusa est. Sed
ugæ hæ sunt nugacissimæ ineptis-
morum & vanissimorum , at-
ue mendacissimorum Judæorum,
uibus *quidlibet audendi semper fuit*
am à multis sæculis) æqua potestas.
Quis enim , primò , illis narra-
it scripturam illam Angeli fuis-
e hodiernam istam , quâ ipsi u-
untur. Consulat ipse Buxtorfius
Talmudicos suos scriptores , inve-
niens eorum plerosque in aliâ fuis-
e sententiâ : quâ de re jam suprà à
nobis aliquid dictum est. Sed il-
lorum sententiam , quum ad gu-
tum & palatum suum non facit,
ejiciunt pro libitu hodierni Ju-
læi. Deinde , quis putet Ange-
um illum à Deo fuisse missum ,
ut veteres Ebraicas literas Assyrios
& Chaldæos , desertis , & abro-
gatis suis , doceret ? Fuitne ea res
tanti

96 DE LITERIS EBR.

tanti momenti, ut ea propter Ageli ministerio opus fuerit. Tu si tam sacra fuit scriptura illa, Deus ad illud usque tempus noluit cam alibi, quam in Tabulis se scriptis, & authentico Mosis codice, (ac ne quidem in reliquo Legis suae vulgaribus in usum publicum descriptis codicibus) existare; unde tanta, tamque subi-mutatio, novumque adeo consilium, ut deinceps voluerit eam non modò in populo suo Israëlitico adeo fieri vulgarem, ut eâ solâ ut debuerit tam in sacrâ, quam in profanis, omnibusque adeo rebus & scriptis atque contractibus, verum etiam populis & Gentibus à fædere suo alienis communem, unâ cum populo suo electo, fecerit? Quid? Si ne profani vulgi manibus (ut illi volunt) contaminaretur, noluit eâ describi vulgares in usum populi sui communem, tum publicum, tum priyatū, Legis codices,

ces , existimandus est eam tum
terminisse profanandam , & conta-
inandam manibus incircumciso-
m populorum Chaldæorum &
Assyriorum , concessio illis atque
permisso communi ejus & vulgari
rebus omnibus quantumcum-
ue profanis usu ? Quæ esset hæc
ex hominum illorum , contra
uos disputo , hypothesi & senten-
â jam loquor) tanta inconsanta ,
& consilii mutatio ? Omnino
ritur Assyriaca dicta est scriptura
la , non quia (ut ineptissimè fin-
unt hodierni Judæi) ejus usus
ntea penè omnino ignotus , pau-
issimisque adeò in Israëlitico po-
ulo Sapientibus cognitus , factus
st in Assyria , per Danielem & E-
ram , omnibus ipsis adeò etiam (si
Diis placet) Assyriis & Chaldæis
notus communis , & vulgaris , sed
quia character ille illa scriptura As-
syriorum erat , & ab ipsis ad Judæos
per quotidianam & familiarem

E cum

98 DE LITERIS EBR.

cum ipsis, tempore Captivitatis
conversationem dimanavit, ac de-
inceps in communi fuit apud eos
usu, unde *Affyriaca* ab ipsis fuit di-
cta, ad differentiam veteris sua
scripturæ Ebraicæ, quam à Sama-
ritanis jam occupatam ipsis reli-
querunt, istâ deinceps contenti.

Non minus futile & absurdum
est R. Judæ (& eorum qui eum hac
in parte sequuntur, quibus Bux-
torfius non audet se accensere) ef-
fugium, qui ut vim argumenti ab
illâ appellatione ducet declinet cō-
miniscitur eam scripturam
אֲשֶׁר־בְּכָתֵב
כִּאֶחָת בְּכָתֵב *beatificata in scriptura*, h. e. quòd
tanto honore Deus eam dignatus
sit, ut voluerit eam Tabulis à se
sculptis inscribere, atque cā Legis
suæ codicem authenticum à Mose
describi, atque juxta Arcam in sa-
crario reponi. Nam primò, cur
non capropter קְדוֹשָׁה sancta potius,
quam אֲשֶׁר־בְּכָתֵב dicta fuisset? I-
pse

ose Buxtorfius post Judæos, quum
eam ab alterâ distinguit, istam vo-
rat sanctam; & rectè quidem, si ve-
ra esset ejus hypothesis & distin-
tio. Ea enim in scripturâ dici so-
lent santa, quæ ab usu communi
ad sacrum segregabantur; ut erant
ea omnia quæ ad Tabernaculum,
& Dei in eo cultum, pertinebant:
ut beata tamen dici non solent ista,
i quidem beatitudinis propriè non
sunt capacia. Homines quidem il-
lî dici possunt beati, qui Deo mi-
nistrabant in eo Tabernaculo;
quia beatitudinis possunt esse ca-
paces: at res inanimatæ (ut est scri-
ptura & literarum ductus) non
nisi ἀνυγόλογας admodum dici pos-
sunt ideo beatæ, quia serviunt ad
illum cultum.

Deinde, Verbum quidem אָשֵׁר beatum facere vel prædicare, & אָשְׁר beatitudinem significant, sed אָשָׂרִי vel אָשָׂרִית nullibi significatione beatitudinis occurrit. Planum est in

E 2 scri-

scripturâ , & ubique sic dici *Aſſyrium* , à nomine Gentis proprior *אſſוּר Assur*. Denique dato, non concessò, Deū Tabulas Legis hac scripturâ sculpsisse , non ideo hoc fecit, ut scripturam illam *beatificaret* sive honore afficeret ; sed quia voluit Legem suam scripto consignare (idque adeò conveniens & necessarium erat) eo charactere illam Tabulis insculpsit , qui in populo illo notus & vulgaris fuit , quo facto nullam illi scripturæ beatitudinem , aut verò honorem propriè dictum , infudit , vel tribuit , non certè magis quam Christus , cum legitur in Euangeliō digito suo in terram scripsisse , vel (si fabula id non est) quum Epistolam ad Abgarum Regem scripsit , censendus est *beatificasse* , aut magno honore affecisse scripturam , seu characteres illos , quos manu suâ delineavit. Sic planum (uti putamus) fit, mera esse somnia, effugia & de-

deliria, quæ de scripturâ istâ *Aſriacâ* comminiscuntur Judæi.

Sed alterum Arcani nostri punctionis argumentum sollicitat uxtorius (§ 72) negatque proba illud quidquam ; *quia cùm Samari ni veras literas Ebraicas nunquam abuerint, eæ quoque à Iudeis non posuerunt illis reliqui.* Vulgares acceperint ; illas retinuerunt. At quæſo, uî dici potest Samaritanos veras teras Ebraicas nunquam habuif ? An non , fatente Buxtorfio, & iudæis ipsis , vulgares Judæorum abuerunt literas ? Nonne etiam vulgaris illa scriptura (iisdem vel iuītis patentibus) dicitur à Talmudicis suis Doctoribus עֲבָרִית *Ebraica* ? Nonne scriptura illa sola enè apud Judæos , veròsque Erræos , à Mosis usque tempore ad captivitatem usque Babylonicam , in usu fuit , alterius nullus fermè sus , utpote quæ (si vera dicunt) in solis Tabulis Legis , & Mosis au-

E 3 togra-

tographo codice , exstabat , in Sa-
crario occulta, nulli penè, nisi soli
Deo & Angelis , aut verò summo
Sacerdoti cognita , si modò etiam
cognita aut visa illi fuit. An scri-
ptura illa sic recondita, & occulta,
cujus nullus fermè inter Judæos
Ebræosve usus fuit, dicenda magis
vera Ebraïca , quàm vulgaris illa,
quæ in continuo & communi ac
perpetuo , jam ab ipso Mose, inter
eos fuit usu ? Unde quæso , & cur
lingua & scripture Latina , Græca,
Arabica dicitur , nisi quia à Latini-
nis, Græcis, Arabibus est , & inter
eos usurpatum , fuitque in perpe-
tuo & communi usu ? Si Græco-
rum & Romanorum Pontifices
mysticas & reconditas habuerunt
literas , sibi solis cognitas , quibus
facros suos libros, & horrenda my-
steria suæ ~~dei~~ ~~dearugias~~ descripsérunt,
& in delubris suis occultarunt ; an
dicendæ erunt literæ istæ occultæ,
nullis penè cognitæ , veri & pro-
prii

ii Latinorum & Græcorum characteres, & scriptura? Certè, si ve-
est Judæorum hodiernorum de
scripturâ sententia , non est ab
sis dicenda vera & propriè Ebraï-
ca, sed *Mystica* , *Divina* , *Mosaica* vel
Johannæ , & alio potius quolibet
omnime indigitanda , quâm Ebraï-
ca vocanda ; siquidem Ebræorum
nullus, præter unum Mosen, eas ad
captivitatem usque Babyloniam
surpavit . Vulgares , quas vocat
uxtorius , fuerunt veræ , & pro-
priè Ebraicæ , quia ab omnibus E-
bræis semper sunt usurpatæ . Eas
o ipso acceperunt Samaritani ;
uo jure itaque, vel quâ fronte, ne-
ari potest, veras literas Ebraicas Sa-
maritanos nunquam habuisse ?

Mutationem characteris (inquit ibid.
uxtorius) instituit Ezra, ut di-
inctio esset inter ipsos & Iudæos , sed
alem, quâ Samaritanas, tanquam vul-
gares & communes, abrogavit, & Sa-
maritanis reliquit. (Hoc ipsum est,

E 4 quod

quod nos post Hieronymum
Arcano nostro diximus) Iudeis a-
tem characteris Ebrai veri & sacri-
sum universalem indixit. At hoc
psum est quod jam quæritur
quodque magna ex parte planu-
haec tenus fecimus, esse à veri specie
& similitudine maximè alienum

Atque hîc à Buxtorfio & Judæo
libens quæsierim, Cur quod Dei
in dandâ Lege voluit adeò esse sa-
crum & reconditum, ut in solis
sculptis Tabulis, & Mosis au-
thentico codice extare in Sacrario
voluerit, fiat jam adeò vulgare &
commune, ut non modò Legi
volumina omnia, librique sacræ
quilibet, verùm etiam scripta o-
mnia, & contractus civiles, num-
mique adeò & moneta tota (quâ
nihil vulgarius magisque commu-
ne & profanum) solo isto chara-
ctere scribi, sculpi, scalpi, pingi
deinceps debuerint? Potuitne id E-
zras solâ suâ auctoritate, sine ma-
nife-

festissima quadam revelatione, & thentico Divinitatis testimonio, dæis persuadere? Non mihi eidem sit valdè verisimile, ac du-
o, an ipsi Buxtorfio sit illud ve-
persuasum.

Atque hæc de *Affyriacæ* scriptu-
nomine & appellatione dicta
nto, déque argumentis, quæ in-
duci possunt, ad adstruendam
us inter Judæos novitatem.

Jam de Ebraicæ nomine aliquid
camus. Non negat Buxtorfius,
non negant Judæi, Samaritanam
scripturam hodiernam eam esse,
nam Talmudici sui Doctores vo-
lunt *עֲבָרִית*, quamque ipsi fatentur
communem fuisse & vulgarem Ju-
deorum, ab ipso Mosis usque tem-
pore, scripturam. Quæritur, unde
sic fuerit dicta? Judæi nonnulli
volunt sic dictam, quia fuit
כתב בנימיעבר הנדו *scriptura filiorum, qui sunt*
trans, vel cis, fluvium (Ephratem
imirum) sive *Transeuphratæorū*.

E 5 Esto.

Esto. quid inde? Quinam
Transēuphratēi, vel *Transfluviales?*
 Mesopotamienses? Minimè; illi
 nim אַרְם, & נָהָרִים dicuntur,
 corum ac Chaldeorum lingua
 dicitur. 2. Reg. xxxvi. 11. Ergo
 li qui *cis*, non verò *trans* Euphi-
 tem, respectu Judææ, habitant,
 dicuntur: nam עבר *cis* & *trans* pre-
 miscuè in scriptura passim signi-
 cat. Et sanè עֲבָרִים *Ebrai*, iidem
 scriptura sunt cum Judæis, i
 nempe dictis à Patre eorum Abr-
 ham, qui primus in scriptura leg-
 tur dictus esse עבר (Genes. 14, 13
 h. e. πέρας: uti reddunt Lxx inter-
 pretes. Sic nempe à Chananeis di-
 catus est, quia מֵעֶבֶר הַנָּהָר πέρας
 μετὰ detrans fluvium (ut sic dicam) a
 eos venerat. Hinc עֲבָרִים βραχίον, Ebrae
 dicti sunt Abrahami posteri, &
 רַזְעַם terra Ebraorum dicitur Cha-
 nanea, Genes. xl. 15. quia in ea habi-
 tabant qui dicebantur, & omnibus
 noti erant, sub hoc Ebraor. nomine.

Lin-

ingua itaq; & scriptura ^{עֲבָרִית} non iunde, nec alia de causa dicta est rocul dubiò, quàm quia erat Ju-
xorum, qui *Ebræi* dicebantur, pro-
ria. Samaritanus igitur character
^{עֲבָרִית} dicitur, quia scriptura il-
luminata est *Ebreor.* sive *Jud. antiquorum*
propria. Quare cum ab ^{אַשּׁוֹרִית} di-
tinguitur, planum est eo significari
alteram *Affyr.* alteram *Ebreor.* seu *Ju-*
dæorum fuisse propriam, ac proin-
^{עֲבָרִית} nativam, propriam, & an-
iquam *Judd.* esse scripturam; ^{אַשּׁוֹרִית}
verò *Affyriacam* non alia de causa di-
ci eam, quâ nunc *Jud.* utuntur, nisi
quia eam ab *Affyriis*, quorum erat
propria, desumserunt, & veteris, ac
nativæ suæ loco assumerunt; quod
pridē de illis scripsit Hieronymus
loco statim ab initio à nobis notato.

P A R S Ανακριτική.

His ita constitutis, ad causam
vincendam sufficit ipsa eorum,
quibuscum nobis res est, *Judæo-*
rum & Buxtorfi confessio. Ho-

E 6 dicer-

diernam nempe scripturam Sama-
ritanam eam esse, quæ à Talmudi-
cis suis Doctoribus dicitur עכברית
eamque adeò fuisse vulgarem, &
comunem Judæorum à Mosis
usque tempore scripturam. Nam
quod ajunt alias fuisse, ab his di-
versas, literas, quibus Tabulæ Le-
gis & codex Mosis scripta fuere, af-
firmantibus incumbit probatio:
quæ nobis jam venit examinanda.
Ea autem potissimum, ac penè to-
ta in Judæorum hodiernorum &
Doctorum quorundam Talmudi-
corum auctoritate & testimonio
est posita: sed testimonii illius vim
atque pondus jam suprà expendi-
mus, ac nullum, & evanidum pla-
nè esse, ostendimus.

Ad rerum itaque testimonia, &
rationes, quibus utitur Buxtor-
fius, veniamus, & cuius ea sint pon-
deris, atque momenti, expenda-
mus. Rerum testimonia petit à ve-
teribus inscriptoribus, quæ sunt
vel

al veterum monetarum , velverum sepulcrorum atque monumentorum.

Monetas veteres quod attinet , nō us est (inquit . § . 26) quām ut prōcē probari debeat , reperiri Siclos , qui s literis notati conspiciuntur . Quid i sanè ? Nam à soluta Captivitate ercussérunt procul dubio Judæi , ab Assamōnæis saltem , propriis Notis Siclos , nec alio , ab eo tempore , usi sunt charactere , quām odiero . Quid mirum itaque , si isto charactere inveniantur per ussi , atque signati Sicli ? Nempe , inquit Buxtorfius , *Quis nobis per iadebit certò , utri sint antiquio- es ?*

Nempe certum est , ipsis Judæis , & Buxtorfio , patentibus , Samari-anum Characterem ante Captivi-tatem à Mosis usque tempore fuis- è inter Judæos in communi & vulgari usu ; hodiernum verò Ju-dæicum characterem non nisi post

E 7 solu-

110 DE LITERIS EBR.

solutam Captivitatem. Necesse
igitur antiquiores eos esse Siculo
qui Samaritano, quām qui hodie
no, inscripti sunt charactere.

At, *cur non* (aīt ibidem Buxto-
fius) *sicut duplices tunc characteres*
usu fuerunt; sic duplii quoque char-
ctere Sicli, uno eodemque tempore cu-
potuerunt? Inīo, annon fieri potest, u-
sicut ille character sanctus fuit habitu
in quo lex data; sic etiam isti Sicli cha-
ractere sancto inscripti, in usus sacro-
pro Siclis sacris cusi fuerint?

Sed si verum illud est, non fui
igitur scriptura illa sacra, abdita
occulta, recondita, paucissimis, iis
que magnæ, raræ sapientiæ, & pro-
bitatis viris cognita; quales Da-
niel, & Ezras in Captivitate fue-
runt. Annon enim in omnium
manibus & oculis versabantur Si-
cli sacri? Cur enim cudebantur, ni-
si ut eorum usus esset in populo.
An putabimus eos etiam in Sacra-
rio, unà cum Legis Tabulis & au-
then-

D I A T R I B A . III

entico Mosis codice fuisse renditos, neque inde unquam, vel rissimè, esse depromtos? An à Mo solo fuerunt semel duntaxat persisi , statimque in Sacrario , vel abernaculo, reconditi? quis creat ? imò quis cum aliquā fronte uideat dicere ? Si subsequentibus pontificibus , vel Judicibus , aut legibus similes , uti usus postulabat , licuit percutere nummos; non fuit certè, nec esse potuit, scriptura illa usque adeò occulta , ignota, recondita, uti eam fuisse vount , qui distinctionem illam duplicitis scripturæ , sacrae & communis, commenti sunt : Ruit sic prorsus distinctio illa longè vanissima , futilessimaque. Jam enim agnoscent scripturam illam in Siclis istis fuisse in communi usu , omniumque oculis palam expositam . Si licuit Siclos sacros scripturâ ista sacrâ signare ; cur non & libros sacros licuit eadem describere ? Imò , cur non

non tam hi , quām illi , scriptum
istā fuerunt scripti ? Cur illud po-
tius , quām istud , factum ? Cur illi
dicitur propter illorum peccata in-
tercidisse , & versa ipsis (uti loqui
tur R. Juda) לְרוּעָה : potuitne inter-
cos intercidere , quod in quotidiano
fuit usu ? An soli Ezræ , & Da-
nieli , potuit esse nota & familiari
scriptura illa ? Fuitne Angeli scri-
bentis in pariete manu opus , ut
scripturam illam Judæis , & orbi
terrarum revelaret ? Hæc se mutuò
evertunt , atque tollunt . Sic secum
ipſi pugnant homines illi , & suas
ipſi devastant segetes . *Sacri & com-*
muniſ ſicli diſtinctio non cō perti-
nēbat , quōd ſacrōrum Siclorum
uſus in ſolo eſſet Tabernaculo , at-
que Templo , extra illud verō nul-
lus (uti videtur hīc ſubinnuere vel-
le Buxtorfius;) ſed in eo erat , quōd
facer duplo fuit pondere ſupra
communem , quod ſacra profanis
pluris multo ſint à nobis aſtiman-
da ,

faciendaque. Cæterum utrius-
que tum Sacri , tum communis,
omiscuus & popularis fuit pro-
plici dubiò in eâ gente usus. Imò,
quis potuit esse singularis Sicli sa-
cra in solo Tabernaculo usus?
Nonne nummorum usus est totus
emtione , venditione , solutio-
ne, contractibus; quæ omnia extra
Tabernaculum fiebant.

Hæc (inquit Buxtorfius ibidem.)
ro certo non asseveramus (benè qui-
lem factum; nam certè nihil in co-
nverti est) *sed tamen non omnino impro-*
babilia esse putamus , multò minus im-
possibilia. Imò verò ex modò dictis
palàm est, quām *improbabilia*, quām
incompossibilia (uti loquuntur) i-
sta sint. Atque hīc urgendi magis,
atque premendi , adstringendique
nobis sunt homines isti circa di-
stinctionem illam duplicitis à se ex-
cogitatæ scripturæ , ne elabantur.
Nam scripturam illam , quam *sa-*
cram vocant , vel volunt ita fuisse
pri-

privatam & internam, ut eâ solæ Legis Tabulæ & Mosis codex scrip-
tuerint; vel aliquem ejus usum extra duo illa fuisse concedunt.
prius illud dicunt; Sicli isti hodi-
nis Judæorum characteribus signi-
ti necessariò sunt Captivitate By-
lonicâ posteriores, à Judæis per
Captivitatem solutam percussi;
proinde nullum est à Siclis istis di-
ctum ab ipsis argumentum. Si al-
quis fuit scripturæ illius extra Leg-
Tabulas & Mosis codicem recondi-
tum in Arca, usus, in sacris Siclis,
Legis vulgaribus codicibus, Pro-
phetarūque oraculis describendis
primò solvant illa omnia, quæ su-
prà à nobis allata sunt, adversu-
sententiam istam incommoda, at-
que absurdia. Deinde, perperam ab
eis, post Talmudicos quosdam Do-
ctores, dicitur: mutatam ab Ezra
esse in scribenda Lege veterem
scripturam. Nam si jam ante Ez-
ram licuit describere, adeóquere-

vera

vulgares Legis codices, &
pheterum libri hodiernâ istâ
pturâ fuerunt descripti, nihil
Lege scribendâ mutatum est ab
ra. Nam si mutationem ab Ezra
itam in hoc ponunt, quod cum
ea liceret utroque charactere
gis codices privatos & publicos
scribere, jussu & mandato Ezræ
atum est, ut ne postea scriberen-
r, nisi solâ Assyriacâ scripturâ, ut
ie scripturæ veteris & communis
braicæ nullus amplius deinceps
ter Judæos esset usus; primùm
ve illud admodum est, nec ad di-
mendam inter Doctores Talmu-
icos controversiam sufficit, quo-
rum alii negant, alii affirmant, mu-
tatum fuisse ab Ezrâ scripturam.
In qui negant, hoc tantum vo-
lunt, etiam ante Ezram licuisse
scripturâ Assyriacâ (h. e. hodiernâ
stâ Judaicâ) describere Legem &
Prophetas; si utrique sentiunt, u-
tramque scripturam jam à Mosis
tem-

tempore in usu fuisse inter Idaeos? Quam frigidum, immo quam stupidum illud esset; idem enim esset, ac si dicerent licuisse, quia cuit; immo quia revera scribabant ex charactere libri sacri, quod enim idem per idem dicere, & gnaviterat fortiter βαπτολογεῖν. Qui vero affirmant, mutata esse ab Ezra scripturam, si putarunt utramque in usu ante Ezram fuisse, an hoc tantum sibi voluerunt illa sua affirmatione, Ezram alteram abrogasse puta Samaritanam; alteram vero nempe Assyriacam, servasse? Ut hoc, inquam, significarent, fuitne ipsis sic loquendum, mutata esse ab Ezra scripturam, quam ineptum id fuisset? Ita, dum volunt isti contendentes suos Doctores concilire, faciunt eos inepte, insulte, stupidè loqui.

Deinde, (uti jam antea observatum est) quæ potuit esse ratione vel æquitas istius Ezrae interdicti?

Si,

inquam, scriptura Assyriaca ad-
fuit ante ipsum sacra , ut ne
idem Legis codices vulgò eâ de-
berentur (maximè si id factum
us Mosis jussu, atque mandato,
isti homines interdum affir-
nt; nam quo pede hîc insistant,
sciunt, modò negant, modò af-
mant, prout hinc vel inde pre-
i se vident) quo jure potuit E-
as edicere atque jubere, ut eâ so-
deinceps Judæi , non modò in
cris libris describendis , sed in
uibuslibet etiam , vel maximè
profanis scriptis uterentur ? An
oc ejus sapientiam & pietatem
ecuit ? An non ut discrimen inter
Iudæos & Samaritanos esset , suffi-
ciebat edicere, ut libri sacri solâ Af-
riacâ (quam sacram fuisse vo-
lunt) scriberentur ; alterâ verò ,
quam communem fuisse conce-
lunt , reliqua omnia profana & ci-
vilia scriberentur.

Sic enim & scripturæ sacræ suus
consti-

constitisset honos, nec vetus & co-
munis Ebraica abolita & abrogata
fuisse, quam non decebat proroga-
brogari, ob Gētis honorem, & a-
tiquam ejus ac perpetuam cōsuetu-
dinem. Ita planum fit, hominibus
stis curæ non esse, si Ezra in paru-
pium, parum sapientem & cordatam
parum justum, & equum; Doctor
verò suos Talmudicos ineptos, i-
nsulsos & stupidos faciant, modò ip-
id, quod tantopere expetūt, quod
quo jure, quâve in injuriâ, contra on-
nērationē extorquere volunt, obti-
ncant, Legis nimir. Tabb. & Mos-
αντίχειφον codicē Assyriacā, h.c. ho-
diernâ istâ scripturâ fuisse exarata.

Sed iam ad reliqua realia Testi-
monia redeamus, quæ à Buxtorfi
pro sua adferuntur sententiâ. *VVil-*
helminus Schikard (inquit) scribit, ef-
fodi Hierosolymis æneos nummos anti-
quos cum Salomonis nomine, regno ad-
huc integro procusos, qui ex una facie
vultum Regis, ex alterâ Templum, u-
tro-

ing, cum vulgaribus literis ostentant.
primò velim hoc expendi, An
isimile sit Salomonem, qui aurū
n commune Judæis reddidit, ut
gentum nihili penè fieret, & in
r lapidum haberetur, curavisse
nes nuīnos cum suo nomine cudi.
am, et si in tenuiorum usum, & ad
iores merces emendas, utiles &
cessarii fortè essent ejusmodi ænci
ummi; nonne ad hoc sufficere po
rant nummi jam ante à præcedd.
egibus & Judd. cusi; quid opus e
t tam magnificum & opulentum
egem paupertatis significationē
suspicionem quādam de se poste
s, nuīnorum ejusmodi æncorum
rocusione, injicere, & opulentia
æ famæ detraliere. Deinde, velim
suxt. consulere Judeos D. an hoc il
concessuri sint, licuisse tum Judd.
deóq; in usu fuisse inter eos positū
ulgo & receptum, ut viri facies &
mago in publ. monetâ imprimere
ur; & annon censeant illud esse II.

De-

Decalogi præcepto interdictum
Quod si tum moris fuit Regis
nomina & vultum nummis inscri-
pere, qui fit ut inter eos, qui
maritanis, h. e. veris Ebræorum
literis inscripti sunt, nullus occu-
rat cum hominis vultu impressus.
Omnino igitur vel falsus est &
etius ejusmodi nummus, ab a-
quo Christiano confictus, quomodo
memini me argentum sicutum
vidisse, cui ab unâ parte D-
mini nostri Jesu Christi facies (pr-
ut ea hodie pingi solet) insculp-
erat, cum hac inscriptione hodie
nis Judæorum literis, יְהוָה יְשָׁמֵחַ, v-
bona est Villalpandi conjectura
qui recentius ab Herode percu-
sum esse conjicit, in honorem An-
tonii, cui regium nomen, regian-
dignitatem & potestatem debebat
siquidem effigies illa Antonii vul-
tum optimè dicitur referre. Si en-
im Herodes in Augusti honorem
Templum juxta Pancadem exstruc-
xit

, illiusque memoriae dicavit; idni putabimus, eundem in Annii honorem nummum percusse cum ejus vultu, et si nominis eius inscriptio? ut sic simul, amico Antonio gratificaretur, patriae religioni morem gereret, propriae gloriae velificaretur, immissione Templi à se vel de novo structi, (ut vult Joseph.) vel saltē staurati atque aucti & exornati? Monumentorum deinde profers uxorius inscriptiones. Ac priò objicit Benjaminem in suo Itinerario, qui testatur se vidisse Patriarcharum (Abrahami, &c.) sepulcra cum hac inscriptione קבר אברהם hoc est sepulcrum Abraham patris nostri, p. m. At i. quis escit, hominem illum vanissimum ex innato Gentis vitio esse longè mendacissimum, & futilissimum. Nam quot & quanta sunt in illo itinerario ineptissima, absurdissima, mendacissima? Deinde, dato,

F ho-

122 DE LITERIS EBR.

hodiernis literis inscripta esse s.
pulcris illis verba ista ; unde nob
probabit ea non esse à recentior
bus Judæis , post solutam captiv
itatem , addita & insculpta ? Chr
stus testatur , Phariseos studioso
fuisse exstruendi & exornandi se
pulcra Prophetarum ; quidni
Patriarcharum ? Nonne igitur a
ipsis potuerunt hæc addi , & inscri
bi , ad perpetuam rei memoriam , ut
que sepulcrum istud ab aliis quibus
libet , quæ illis in locis erant , dig
nosceretur ? Deniq; ipsam Buxtorfi
conscientiam interrogo , an pute
formulam istam *הַלֹּם* h. e. *לְוִי*
super eum sit pax , fuisse Abraham
tempore , vel ante captivitatem , in
ter Judæos usurpatam ; ac non po
tiùs recentem , & Judaicam super
stitutionem nonnihil redolentem .

Tertiò refert R. Schem Tob , in
libro *מְרָפָא לְשֵׁן* , de viso à se in Hi
spaniâ Ducis Amatziæ Regis Judæ
monumento , literis hodiernis in
scripto ,

ripto testimonium. Jam pridem nobis visus est locus ille, quem rat Buxtorfius; siquidem ante usquam 20 annos in nostrâ est protestate liber ille, cum pluribus iis grammaticis libris & scriptis conjunctus: ac dubito an Buxtor o visus sit; neque enim in libro, cui titulus est מְרָפָא לְשׁוֹן, exstat locus le, sed in alio illi juncto, cui au tor titulum fecit דַּרְכֵי נִעְםָן uterq; anè ejusdem est authoris R. Mosis F. R. Schem Tob. ex familiâ in חֲבֵיבָהoriunda ex Hispaniâ, וּמִכּוֹלְדָתָה, באשכְנָה, fortè Lisbona, h. e. Ullissipo in Lusitaniâ) qui cùm propter bella, & alias calamitates patriâ exsularet, pauper & egenus Bisanti, qui portus st quidâ Appuliæ in Italiâ, isthic li pros illos duos דַּרְכֵי נִעְםָן & מְרָפָא לְשׁוֹן consarcinavit (ut ipse fatetur) ex scriptis cujusdam R. Joseph Medici doctissimi de tribu Levi, cu jushonori & gloriæ tribui & cede re vult, si quid à se recte dictum

F 2 fuerit.

124 DE LITERIS EBR.

fuerit. Scriptum autem à se dic
librum illum דרכינו ים v die mer
sis Nisan , anni לפקה , h. c. ann
æræ Christi 1486. quem excusui
habeo Venetiis , Anno Chris
tianæ 1546. Inscriptio lapidis hæc es
שאו קינה בקהל מרה לשר נהור לקחו יה
Edite lamentationem amarâ voce, Due
magno, quem Deus cepit. Cætera au
tem deleta erant, Carminis tantum
alterius finis , seu ultimum ver
bum erat, לאמציה.

Porrò ex eo loco hoc duntaxa
extorquere potest Buxtorfius , ni
mirum R. illum Mosen , F. R.
Schein Tob , existimasse lapideum
cujus isthic meminit, fuisse impo
situm sepulcro Ducis exercitus A
matziæ Regis Juda , qui cum in
sculptus fuerit literis hodiernis Ju
daicis , colligit inde , usum igi
tur fuisse hodiernæ scripturæ E
braicæ inter Judæos tempore A
matziæ Regis Juda. Bona certè col
lectio, bona consequentia, si præ
missæ

nissæ essent pariter certæ & veræ,
e. si certum esset sepulcrum il-
id esse Ducis exercitus Amatziæ
legis Juda. Id quidem suspicatur
abbi ille ; at quis non videt me-
am esse conjecturam , imò hallu-
inationem hominis illius , ex no-
mine Amatziæ lapidi illi insculpto,
uem ille putat esse Amatziam Re-
gem Juda. Quasi verò nullus aliis
in orbe terrarum fuerit eo nomi-
ne præter Regem illum Juda. Sed
neque ulla est in istâ inscriptione
mentionio Ducis exercitûs ; nec si es-
set, sequeretur Amatziam illum esse
Regem Juda , cum fortè esse pos-
sit Regulus aliquis Mahometanus,
qui iste servierit. Porrò quid re-
gibus Juda commune cum Hispa-
niâ , ut illuc exercitûs sui Duces
niserint , quæ fortè ne de nomine
quidem nota illis fuit. Tum , si
tempore Regis Amatziæ scripturâ
istâ utebantur Judæi in sepulcro-
rum inscriptionibus, fuit ergo tum

F 3 com-

communis, vulgaris, & profana non sacra, non recondita, non paucissimis duntaxat cognita, non dum conversa erat ipsis יהוּעָן, nondum interciderat. Vel quis credat scripturam, quam sacram volum fuisse, & in sacris tantum usurpatam, adhibitam fuisse in sepulcrorum inscriptionibus; nam quid sepulcro magis immundum & profanum? Denique, si vera est illa inscriptio, si facta est tempore Amaτziæ Regis Iuda; sequitur, versuum rhythmicorum in lingua Ebraic usum jam tum fuisse inter Judæos quod etiam vult bonus ille R Schem Tob. Ego verò non puto, Buxtorfio id videri verisimile. Nam si tum nota & usitata fuisse inter Judæos hæc ratio & genu Carminis, aliquid procul dubio illius in sacris scripturæ Canticis & libris metricis exstaret vestigium. At nullum exstat, ac ne quidem in posterioribus & recen-

tio-

ioribus Judæorum scriptis ante
nnum Christi circiter 800 vel 900
iam Carminis rationem didice-
unt Judæi , non à veteribus Græ-
orum & Latinorum lyricis, aliūs-
e generis Poëtis , sed à Leoninis,
quos vocant, versibus, qui circa il-
ud seculum inter Christianos ver-
ificatores, in mediâ literarum bo-
narum barbarie , usurpari cœpe-
unt. De hoc sepulcro multò plu-
ra habet , non parum diversa , at
non minus à veri similitudine aliena , Villalpandus in Ezech. Tom.
II. Part. 2. lib. 5. disp. 3. Cap. 58.
p. 544. quæ hic omnia referam,
ut liqueat, meram esse quorundam
Judæorum imposturam , ex lapi-
dis istius occasione natam , qui
Christianis Ebraïcæ linguæ ignaris
imponere, eosque ludificari volue-
runt. Sic igitur eo loco Villalpan-
dus: *Saguntum (hodie Morvedre di-
citur) urbs est in regno Valentia, cite-
rioris Hispaniae antiquissima. In eâ an-*

F 4 no à

no à Christi natali 1480 tumulus quidam inventus est non longè ab Arcis Saguntinæ portâ , in quo Adoniramus Salomonis Regis legatus ibi cùm occubu-set , olim fuerat tumulo mandatus. hujus epitaphii inscriptione ea verba braicis characteribus insculpta legebatur: **זוֹא כָּבֵר אֲדֹנִירָם עַבְדֵה הַמֶּלֶךְ שֶׁלְמָה שְׁבָא** **Hic est tumul- Adoniram servi Regis Salomoni qui venit ut exigeret tributum , mortuus est die... &c. qui dies cùm lapis ille vetustatis injuriâ non nihil perfractus esset , haberi minimè potuit.** Conferantur ista cum iis, quæ habentur i Reg. xii. 18. & iv. 6 de morte Adonirami , & videbis quām bellè ista congruant : isthi enim narratur Adoniramus lapidibus ab Israële obrutus in Sichem hīc verò tumulo conditus in Hispaniâ apud Saguntum; Missus fuerat à Roboamo , ad conciliandum populi rebellantis animum in terra Israëlis , hīc dicitur missus in Hispaniâ

aniam ad tributum colligen-
um. Quasi verò Roboamo Hi-
pania tributaria esset, quæ fortè
ex de nomine nota illi fuit. Quis
non videt ista esse commentitia, &
omni veri specie alienissima?

Itaque Villalpandum hīc rursus
audiamus, quid isticis immediate
ibjiciat: Nos certè adhibitā diligen-
tia suā (inquit ille) & certis homini-
us nostræ societatis (Jesuiticæ nem-
e) non mediocris auctoritatis & eru-
tionis, qui in eadem urbe Saguntinā
sunt, re commissa, eum lapidem per-
uiri curavimus, & tamen (quod sine
coloris sensu affirmare non possum) nus-
quam lapis repertus est, tametsi sepul-
rum illud ibi aliquando fuisse, negari
non possit: tum quia id expressè affirmat
illusterrimus Franciscus Gonzaga, E-
pisopus Mantuanus, in eo libro, quem
de origine Franciscanæ religionis, cuius
tunc temporis Generalis erat, inscri-
psit; tum quia Saguntini cives lapidem
quendam ostendunt prope ejusdem Ar-

F 5 cis

130 DE LITERIS EBR.

cis portam, quem fama est eundem
lum esse, quem retulimus: unde e
appellant lapidem Collectoris Sal
monis, qui tametsi idem omnino n
sit (nempe quoad inscriptiones
ostendit nihilominus famam ac rum
rem prioris lapidis veram esse, Ebraic
characteres in hoc lapide illi sunt:
ארן ת פקד מרה לשׁוֹ קְהֻן יְהוָה וּרְהֵה עַד מִלְּךָת אֶמְצִית Ex his facile est videre, lapi
dium Villalpandianum eundem
innino esse cum illo, cuius mem
nit, quemque refert R. ille Scher
Tob; nam locus & tempus reper
lapidis congruunt, nempe annu
Christi 1480 (scribebat enim ill
R. Schem Tob, anno Christi 1486
& propè portam arcis Saguntina
(nam Morvedre hodie est, ubi olin
urbs Saguntum) Quod autem in
scriptio, quam ille refert, & quā Je
suitæ socii Villalpandi referunt
non est planè eadem, inde est quod
scriptura paulò esset lectu diffici
lior, & non nihil detrita, alii aliter
eam

am legerunt : Porrò manifesta e-
usdem inscriptionis vestigia , in
atraque illâ narratione apparent ;
nam utrobius postrema prioris
lineæ verba penè sunt eadem , nem-
ne ḥō קחו לשׁו מְרֹה . postrema autem
posterioris lineæ vox eadem planè
est , nimirum אֲמַצִּיה . Quin & in
prioribus prioris lineæ verbis , quæ
à Villalpando referuntur , manife-
sta sunt vestigia lectionis R. Schem
Tob ; nam ex אֲשֶׁר facilè fuit legere
שָׁאֵר , ob affinem figuram תְּ & תְּ : i-
tem pro בְּקַיּוֹל non difficile fuit (homi-
ni linguæ Ebraicæ non admodum
perito) legere פְּקוּד . Porrò rectior
& melior videtur lectio R. Schem
Tob , quam sociorum Villalpan-
di , tum quia ille peritior procul
dubio fuit linguæ Ebraicæ , quam
isti ; tum quia lectio illa sensum &
intelligentiam habet perfectam ,
at ista Villalpandiana nullum ha-
bet sensum ; nam prorsus coacta
est illa interpretatio , quam sive

F 6 ipse,

ipse, sive illius socii Jesuitæ, ei a
fingunt. Ita possumus (inquit ille
interpretari , ut prima litera ו dica
שאול sepulcrum ; dictiones duæ quæ se
quuntur , sint defuncti nomen & pra
nomen , ut dicat : sepulcrum אָרֹן Ora
נְכַת Nabath פָּקֹד Prefecti מֶרֶח qui rebel
lavit לְשָׁרוֹn Principi suo, קְהֻחוּ tulit eum
Dominus. In sequenti autem linea hæc
item erant , וְזֶה & gloria ejus, מֶלֶךְ usque ad Regem,
אַמְתִּיב Amasiam. Qui
non videt, quam coacta, quām sind
ullo penè sensu sit ejusmodi inter
pretatio , quamque aliena à more,
ingenio , & phrasi verè Ebraïca.
Nam ut ו significet שאול , quis E
braïsmi peritus dixerit , cum שאול
sepulcrum non significet , nisi figu
ratâ locutione apud Prophetas ,
qui tropicè loquuntur , כְּבָר autem ,
& כְּבָר sit propria vox , quæ sepul
crum sine tropo significat, quæque
in inscriptionibus usurpari debuit ,
non illa figurata. Deinde, quis re
rum Ebraicarum peritus dicat, Ju
dexos

eos Nomen habuisse & Prænomen,
nam ne Græcis quidem id fuerit
more positum, sed Romanorum
untaxat proprium. Tertio. Quid
aud est? *Præfecti qui rebellavit*, (*re-
bellionis* vertendum potius fuisset)
Princeps rebellium, & *rebellionis*
uthor; anne missus ut *rebellibus præfi-
retur*, eosque ad officium revo-
aret? Si prius, quî dicitur de eo,
epit eum Dominus: hæc enim phra-
significatur Dei favor erga eum,
uem dicitur cepisse. An verò
Deus dicendus authori rebellionis
avere, eumque ad se suscipere? Si
osteriorius, non aptè significatur
הַרְאֵת illâ פָּקֹר: non enim qui
mittitur ad rebelles, ut eos ad offi-
cium revocet, dici potest, *Rebellium*,
aut *Rebellionis Præfектus*, nisi planè
ἐκνεολόγως imò ἀκνεολογητῶς. Deni-
que, quid sibi ista volunt, *Gloria e-
ius usque ad Regem Amasiam*, divinet
qui poterit, *Davus sum; non Oedipus.*
Denique quis fuit sub Rege Ama-
ziâ,

tziâ, qui missus ab eo fuerit ad
vocandos vel compescendos rebe-
les? Postremò hæc verba, usque
regem Amatziam, non sunt in ἐπιγραφῃ
quam refert R. Schem Tob. ut
risimile sit, ea esse addita à so-
Villalpandi, qui inscriptionem
stam illi miserunt. Omitto ja-
quomodo Latinis literis Ebraicis
illa exprimat Villalpandus, qui ḥ
reddit sciaul, & מְרַה merah (pro m-
rah, vel moreh) & לְשׁוֹן lesro, pro
faro, & וְקִרְבָּן checho, pro Kacho, vel p-
tiùs lekacho (ut habet R. Sche-
Tob, qui legit חֲלֵב, quod meli-
est) denique וְהַדָּה vehudah, pro reb-
dah, vel potius vehodo; debet eni-
affixum esse isthic masculini, no-
fœminini generis. Quæ omnia sat-
ostendunt, quām vel Villalpandus
vel ipsius socii, qui ista ipsi submi-
serunt, fuerint Ebraismi periti.

Sed audiamus, quid amplius d-
icto lapide nobis referat Villalpan-
dus; pergit ergo, & superiorib-
hæc

ec subjicit: Verum ex eo confirmatur
r haec omnia, quod in ejusdem Sagun-
ne urbis Ms. codice quodam peranti-
o (at verò antiquis admodum
se non potest, quem necesse est
se post annum Christi 1480) fol.
04. ista leguntur: Apud Saguntum in
rce, anno Domini 1480. (nempe
aulò antequam scriberet Rabbi
chem Tob ille; de quo nos su-
rà) plus minus parum, fuit inven-
um sepulcrum vetustatis admirandæ:
ntus erat cadaver, quod litem balsamo,
nuc usque fuerat servatum, proceritatis
non vulgaris, sed solito procerioris. Ha-
ebat, & hodie habet (quod notan-
dum, nondum igitur perierat, imò
illud ipsum est planè, quod à sociis
Villalpandi visum & descriptum
fuit) in fronte lineas duas idiomate &
literis Ebraicis, quorum sensus est hujus-
modi: Hoc est sepulcrum Adoni-
ram servi Salomonis Regis, qui ad
hoc venit, ut exigeret illius tribu-
tum : literæ verò Ebraicæ Latinis cha-
racteribus

136 DE LITERIS EBR.

racteribus designatæ, sic sonant: Z
keber Adoniram eyed hammel.
Selomo seba ligbot eth hamn
veniphtar jom. Quàm necesse
falsissimam esse & supposititi
atque commentitiam ejusmodi
scriptionem, planius est ex histo
sacrâ, 1. Reg. xii. 18. quàm ut
pus sit id quenquam monere. I
que verisimile omnino est, J
dæum aliquem (qui, cùm inve
tum esset sepulcrum illud, cuj
meminit R. Schem Tob, consult
fuit ad legendam ejus inscriptio
nem Ebraicam) Christianis linguis
& scripturæ Ebraicæ ignaris s
tuisse ludificatum, & calido com
mento inscriptionem illam con
finxisse, ut admirandum quid di
xisse videretur. Pergit adhuc ibi
dem Villalpandus de eodem lapi
de. Et fol. 112. in eodem Ms. hæc ha
ventur: *Ad Saguntum inventum anno*
Domini 1480 in Arce, ante primam
januam exstat marmoreum Mauso
leum,

n , vetustatis admirandæ , literis E-
icis inscriptum , quæ ad nos træs cha-
teres revocatæ sic sonant ; Zehu keber
ut suprà . Et nequa diligentia in
non minimi momenti desiderari pos-
, curavimus quām diligentissimè per
stræSocietatis viros industrios alterius
jusdam Ms. codicis verba transscribi,
i de eodem sepulcro honorificè loqui-
r. Itaque Mantuanus Episcopus pauld
te laudatus , Ms. quoddam volumen
endit , in quo præter alia antiquitatis
marie monumenta , mentio sit hujus
iam multò p̄vetustioris , & Ebraicis
aracteribus insculpti , tametsi ab iis,
ibus neoterici deinde Ebræi usi sunt,
non parum recedant . Hoc autem Ms.
volumen quantæ auctoritatis sit , ex eo
atet , quod olim dicatum est excellen-
tissimo Principi , eidemque Duci Segobri-
e , Comiti Emporiarum , Alphonso ab
rragonia , dono deinde datum prædicto
Mantuano Episcopo à Vespasiano Gon-
zaga , Duce Sabionedæ , Valentia olim
prorege , & ejusdem Alphonsi Arrago-
nen sis

138 DE LITERIS EBR.

nensis affine. Ebraica autem lapidis
scriptio in eo volumine relata, in vul-
gari idioma cōversa hæc est. De Adonii
la fossa es esta, que vigne Salo-
del reservēt, dia y mori tribut lo-
ra recebre. Multis fatagit Villalpa-
dus ut nobis persuadeat, veram e-
llam sepulcri Adoniram i n s-
criptionem. At nunquam id persuad-
bit illis, qui micam salis habent,
que aliquam vel levissimā histori-
sacræ cognitionem. Qui enim ve-
dici possit Adoniramum in regi-
Valentiæ propè Saguntum mo-
tuuin esse, cùm isthuc venisset
Salomonis Regis nomine tribu-
tum inde colligeret, quem consta-
ab Israëlitis lapidibus obrutum es-
propè Sichem, quum à Roboam
ad rebelles pacificandos missus es-
set. Et quis credat Salomoni tri-
butum pependisse Hispaniam? Ne-
audiendus est adversus sacram hi-
storiā commentitius lapis iste
vel potius Nebulo Judæus, qui in-
scri-

ptionem istam confinxit, & pro
i (quam refert R. Schem Tob)
ristianis linguae & scripturæ E-
icæ ignaris obtrusit, quamque
bonâ fide suscipientes, annali-
; suis & MSS. illis codicibus,
os citat & refert Villalpandus,
eruerunt. Itaque Villalpandum
um, aut ejus socios, malæ fidei
in accuso, nec negaverim MSS.
os codices ea habere, quæ ex illis
refert Villalpandus; sed demiror
ntum eorum, qui isti in Com-
entaria retulerunt, & in MSS. illis
luminibus scripto consignarunt,
n implicitatem, atque ignorantiam,
uod tam facile impostori & ne-
uloni Judæo fidem in re non ob-
urè falsa habuerint. Porrò non
uldè appositè mihi videtur Hispan-
ico idiomate reddita inscriptio
la, cùm illa sic melius redi pos-
t: *Esta es la fossa de Adoniram del re
alomo servent, que vine para recebre
tribut, y mori dia. &c.*

Ex

Ex his omnibus (inquit Villalp
dus) apertè demonstrari potest, Ebr
olim, usque à Davidis & Salomonis a
te, totum terrarum orbem replevi
eosdemque tributa, nec pauca, nec pa
retii quotannis manusupremi Tribu
rum Principis misisse Ierosolymam. C
dat Judæus Apella; non ego. In
ne Judæus quidem id facile admis
tat. Quantum autem valeat, qua
tique sit ponderis ista Villalpa
diana demonstratio, puto non e
jam omni cordato & prudenti l
etori obscurum. Atque hæc di
funto de realibus, quæ Buxtorfi
ad fert, Testimoniis.

Ad inscriptiones & Testimon
realia refert Buxtorfius laminar
auream, fronti Pontificis affixam
cui inscriptum קדש ליהוה. Hanc ho
diernis Judæorum literis sculptam
fuisse, probare se putat Buxtorfius
Hieronymi testimonio, Epistol
ad Fabiolam, de Vestibus sacer
dotalibus. Octava (inquit Hiero
nymus)

ius) est lamina aurea , in quâ
tum est Nomen Dei Ebraicis qua-
literis , Iod , He , Vau , He : quod
l illos ineffabile nuncupatur . Si
iicis , (inquit Buxtorfius) er-
non Samaritanis . Siccine ? An
oblitus est Buxtorfius , scri-
ram Samaritanam à Doctori-
s suis Talmudicis vocari עֲבָרִית E-
amicam , atque ipsum adeò Hiero-
num in loco , quem ex eo pro-
t ipse Buxtorfius , scribere ex-
tè , Ezram sub Zorobabele alias lite-
reperisse , quibus nunc utimur , cùm
illud usque tempus , iidem Samarita-
rum & Ebræorum characteres fue-
nt . En , Buxtorfio ipso teste , iidem
maritani & Ebræi characteres .
ur igitur jam sic arguit , Si Ebrai-
, ergo non Samaritanis .

Frustra itaque est R. Azarias ,
ui inde concludit , Hieronymum
uoque in eâ sententiâ fuisse , lite-
as Ebraicas hodiernas jam tum tempo-
is extitisse . Non usque adeò obli-
yiosus

viosus censendus est Hieronymus
ut tam adversa, tamque manus
pugnantia sic exserte dicat. Quod
igitur ait, *in scriptum fuisse Deinde*
quatuor literis Ebraicis Iod, He,
He, ideo sic locutus est, quia
mina & literae illae, Jod, He, V
He, sunt verè Ebraicæ, & ab
ebraicis ad Samaritanos traducti sunt
characteres illi. Neque charac
tes isthinc depinxit Hieronymus
quibus Nomen Dei in lam
sculptum fuit, sed nomina tantum
literarum indicavit; Characte
verò, qui hodie eo in loco exstan
תְּהִימָה additi sunt ab Editoribus
perum ipsius. Ac quamvis etiam
ab ipso Hieronymo adscripti
sent; non eovoluit significare, lumen
minam iisdem illis characterum
formis atque figuris fuisse sculp
tam, sed illis quæ literis istis re
spondent in veteri & verâ Ebraicâ
scripturâ. Ad R. autem Eliezeren
quod attinet, qui dicitur in Talmud

de vidisse sacerdotalem lami-
n*i*, inscriptam literis illis, "לְרַשׁ".
oc dicat de characteribus istis
liernis , tum id credam verum
, quum omnia fabulosa, men-
ia , somnia , figmenta fuerint
universo Talmude expurgata.
inde, locus ille non loquitur de
characteribus , quibus sculpta fuit
china aurea , sed an unâ , an verò
obus diversis lineis sculpta fue-
, agnoscente ipso Buxtorfio. Ni-
itaque inde concludi potest de
characterum formâ , seu figurâ.

Ad rationes jam accedit Bux-
rfius , ac tres dicit à formâ & si-
urâ hodiernorum characterum.
ima dicitur à figura ☚ Samech,
□ clausi finalis. De quibus dua-
s literis Talmudici quidam
scribunt מ ו ס מ כ ב ל ח ו ו Mem & Samech, que in
abulis erant, stetisse in illis miracu-
sè. Quod quomodo sit intelligen-
tium , verumque esse possit, recte
ostendit

ostendit atque explicat Buxtorfius
Verum, argumentum quod inducitur, nititur duntaxat auctoritate Doctorum illorum, qui a iunioribus & Samech stetisse miraculosè in Tabulis. Quod dictum verum est non potest, nisi intelligatur de hodiernâ Judæorum scripturâ. Itaque si verum est illud Talmudicorum dictum, necesse est Tabula his hodiernis Judaïcis, non vero Samaritanis literis fuisse sculpta. Conceditur illa consequentia, quae bona est; At de Antecedentis illius veritate dubitatur vehementer nempe literas illas duas ☚ & ☛ miraculosè in Tabulis stetisse. Neque suscipit Buxtorfius probare, verum illud esse. Tantum dicit, id affirmari in Talmude, à R. Chasdâ. At quis nescit, quot somnia, quot fabulas, quot miracula homines illi pro arbitrio & animi libitu, configant, ac sine necessitate comminiscantur? Unde nobis probant

nt homines illi, Tabulas lapi-
as sic fuisse à Deo sculptas, ut
sculptura totam Tabularum crassi-
m atque spissitudinem penetra-
, ita ut sculptura ab utrâque Ta-
bularum parte eadem apparêret.
oc pro animi libitu commentî
nt, ex Mosis dicto, Exod. xxxii.
; Tabulæ inscriptæ ex duobus ipsarum
teribus, hinc & hinc scriptæ erant,
uasi verò verba ista aliter accipi-
on possint, quàm si dicamus scul-
pturam penetrasse totam Tabula-
rum spissitudinem, ut sic miracu-
lingantur sine necessitate. Hoc
igitur tantùm concludere potest
x illo dicto Talmudico Buxtor-
us, R. illum Chasda putasse, Ta-
bulas fuisse hodiernis literarum si-
uris sculptas. At quanti esse de-
beat Talmudicorum, & in genere
Iudæorum omnium hoc affirman-
tium, apud Christianos auctoritas,
uprà à nobis initio hujus exerci-
cationis ostensum est.

G Altera,

Altera, quam ex figurâ hodier-
narum literarum Ebraïcarum du-
cit, ratio petitur ex quinque lite-
rarum finalium figurâ, מִנְצָפֶן Men-
at spach dictarum: de quibus R.
Chijah bar Abba, dicit, צוֹפִים אַכְרּוֹם Videntes, seu Prophetæ dixe-
runt eas, hoc est (uti ipse postmo-
duim explicat,) exoletas quasi &
oblivioni traditas revocarunt in u-
sum: hæc, inquam, ratio nititur
rursus duntaxat auctoritate Rabbi
illius, qui effatum illud pronun-
ciat, sed non probat. Cur autem e-
jusmodi Doctorum illorum effatis
acquiescere simpliciter nos non
oporteat hac in causâ, satis supra
ostendimus; neque verò (uti ar-
bitror) Buxtorfius ipse putat se te-
neri omnib[us] eorum pronunciatis,
vanissimisque Decisionibus. Ubi
Rabbinicum illud effatum à Bux-
torfio solidè fuerit demonstratum;
sententiam tuin mutabimus, atque
in ejus placitum pedibus ultrò ibi-
mus,

is, non propter Rabbini illius
uctoritatem, sed propter ratio-
m, quas adferet Buxtorfius (si
as habet) evidentiam & pondus.
Idem Rabbinus ad rationem,
iam ibidem dicit ex spiculis, a-
culis & corollis, hodiernarum
erarum Judaïcarum capita ar-
nantur, vel ornantur, in quibus
dem Doctores, & Cabbalistæ,
nsent latè magna mysteria,
ipso Mose in monte Sinaï tra-
ta : quæ sunt mera otiosorum
ominum somnia, qui jactant my-
eria, eorumque certam Cabba-
m, per manus à Mose ad ipsos
erivatam ; neque tamen ea ape-
unt, aut si quando eâ in re a-
quid tentant & aggrediuntur,
neram inscitiam, nugas meras,
e insulsissima commenta pro-
unt. Absit ut Christiani ejusmo-
li ineptissimis fabulis attendant.
Ibi nobis prodiderint Judæi
Commentarios Rabbi sui Akibæ

G 2 (qui

148 DE LITERIS EBR.

(qui, uti nugantur, Deo ipso testificiūd
commentaturus erat super unū¹⁰⁰⁰
quemque Legis apiculum) & punctū
brum illum celebrem suorum ינשען nullū
Tagin, seu *coronamentorum*, plus obseruātū
numque fecerint stupenda mysticū
ria sapientiā spiritus Dei digna in quibus
illis latēre, tum dabimus manus
& agnoscemus Deum corollas i^lp^{er}ū
las literis Ebraīcis in monte Sina^u ho
(uti illi fabulantur) illigasse. Intervenit
rim donec istud præstiterint, liceat
bit nobis, ista, sicut infinita aliā
ipsorum nugamenta, securè rejiceātū
re, eaque cæteris ipsorum nūgis,
insulis commentis, accensere.

Neque verò ista Judæorum so-Christo
mnia confirmantur (uti post Postel-
lum, & ex Postello censet Buxtor-
fius §. 33.) ex dicto Christi, Matth.
5, 17. 18. *jota unum, aut apex unus Le-*
gis non transibit, donec præterierit Cœ-
lum & terra. De quo loco jam o-
lim aliquid diximus in Arcano no-
stro Punctuationis, ac denuò nunc
nobis

bis aliquid dicendū venit. Christus eo loco proculdubio respicit ad puncta Vocalia, & Accentus, iūtum nulli fuerunt, sed (uti observat Hieronymus) ad figuram literarum, & ad cornicula, quibus literarum capita in horizontali scripturā (quā in scribendo regis volumine utuntur Judæi) arantur; hocque duntaxat vult, se non venisse (quod de eo falsissimè lumniabantur Judæi) ad evanandam & abolendam Legem, ut contra potius venerit ad eam pertissimè implendam. Hanc pertissimam Legis impletionem à Christo in vitâ & morte factam, uæque per Spiritum ipsius sanctificantem in cordibus fidelium nullatim perficitur, donec plenissimè in vitâ futurâ perficiatur, illâ & hyperbolicâ locutione, ad hominum illorum, qui uscum res ipsi erat, accommodata ingenium, exprimit, dicendo,

G 3 Cælum

150 DE LITERIS EBR.

Cælum & terram citius peritura
quām ut vel apiculus , seu corniculun
literarum Legis transeat , hoc est
quām ut lex non sortiatur absolu-
tissimum suum complementum .
Sic autem loquitur Christus , non
ut probet Phariseorum de illis cor-
niculis & apiculis sententiam , quā
putabant , (sed falso) magna in iis
latēre mysteria . Nam certè , si ve-
rè latērent in illis grandia myste-
ria , si sic Christus censuisset ; qui dicit
factum ut nec ipse , nec ullus Aпо-
stolorum nobis ullum (ne quidem
minimum) illorum mysteriorum
aperuerit ? Unde est quod nullum
(ne obscurissimum quidem) tan-
tæ , tamque admirabilis Sapientiæ
in corniculis illis delitescentis ve-
stigium compareat , in omnibus
tum Euangelistarum , tum Aposto-
lorum scriptis ullis Canonicis ? Cur
non ista revelasset Christus ? Cur
non in illis indagandis nobis ali-
quatenus præivissent , viamque
præ-

æmonstrassent Apostoli? Nugæ
nique sunt, & meræ gerræ, quæ
mysteriis in Apiculis & figurâ
terarum ex solo Jod conforma-
rum delitescentibus hariolatur
ost Judaicos scriptores insanus
ostellus, cuius memoria meritò
pud Christianos omnes debet es-
e execranda, propter abominan-
a ipsius deliria, qui dicitur pu-
licè Parisiis impunè olim præ-
licasce, Matrem suam venisse,
ut fœminas servaret; quomodo
Christus venit, ut mares saluos fa-
ceret.

Non est momentosior ratio
lla, quam Buxtorfius §. 31. du-
cit ex Mem clauso & finali, quod
occurrit in medio vocis לְסֻרָב Esa.
ix. 7. & נ Mem aperto, quod in
fine vocis occurrit Neh. 11. 14.
פְרוֹצִים quibus in locis, (maxi-
mè verò in priore,) volunt Judæi,
ac post eos Christiani multi inter-
pretes, latêre mysterium aliquod.

G 4 De

152 DE LITERIS EBR.

De quibus aliquid diximus in Criticâ nostrâ sacrâ ; ubi ostendimus nihil esse necesse recurrere isthic a mysteria, cùm planum sit posse ist referri ad variam lectionem , nempe pro רְבָה potest legi *לִסְרְבָה* multiplicabit imperium. Nec est quod quis objiciat , nullibi occurere *לִם* pro *לְהָם*. nam etsi non occurrat exemplum illius , quidnam possit illud dici , quàm *כִּי* pro *בָּהֶם* . maximè cum passim occurrat *לְהָם* pro *לִמְנוֹ* , quod profectò poëticè factum est (adjecto *וּ*) à simplici *לִם* . Ad posteriorem autem locum quod attinet ex Neh. 11. 14. Ab. Ezra notat , illud esse quomodo מה-זה מה-לכם מותה , מלכם *מִתְּהַזֵּה מִתְּהַמֵּה* scribendum fuisseanicâ & conjunctâ voce , sed *אָנָשִׁים* Massorethæ, (inquit) divisorunt illa , ut *מֵ* Mem apertum denotaret muros Ierosolymæ apertos seu fractos (en horrendum Judaicum mysterium, & sapientiâ Dei admodum di-

gnum) sed, inquit, נכוֹן הריאשׁוֹןior sententiâ verior est , altera enim
i est רַשׁ allegorica. En tibi Ju-
 eum ingenuum , & mysteria illa
 abbalistica ridentem. Valeant er-
 o cum bonâ eorum pace & ve-
 lâ, tum Judaïci , tum Christiani
 interpres, mysteriorum otiosi in-
 quisitores , ubi nulla est mysterii
 xquirendi necessitas!

Deinde argumentum dicit Bux-
 orfius (§ 35) à pervicaci Iudeorum
 idole , & ejus quod semel arripuerunt
 enacissima, maximè in rebus sacris, &
 is quæ ad gloriam Gentis suæ, & ad glo-
 iationem atque jactantiam pertinent.
 Atque hîc multis ἐπιτελωθεῖ B. An
 redibile est, illos passuros fuisse sibi eripi
 am scripturam , quam per tot secula
 pro νεκρούς sancto habuerant? &c.

R. Nondum tum temporis Ju-
 dæos invaserat supersticio illa, quæ
 posteros eorum postmodum occu-
 pavit, ut Legem Dei totam consti-
 tuerent in cortice , in membra-

G 5 nis,

nis, in literis, & literarum figurâ & apiculis. Parum de his erant solliciti, modò rem ipsam haberent Legis nempe verba, & voces, earumque significationem, mentem & sensum. Quid enim ad pietatem & veram religionem attinet, ut his potius quàm illis literarum figuris nobis describatur Dei lex, ejusque voces & verba nobis repræsententur? Cùm itaque (ut non semel est dictum) tam aptè & commodè, tam plenè & perfetè, Assyriacâ scripturâ & characteribus, quàm veteri Ebraïcâ potuerit lex Dei, & sacra ejus elogia, describi; quid mirum, si Esdras verè pius, ac minimè superstiosus, homo Assyriacam scripturam, potius quàm veterem Ebraïcam, delegerit sibi ad describendam Legem. Primò, cum tam commodè, plenè & perfetè istâ, quàm illâ scribi potuerit; imò cum comodiùs fieri id potuerit,

otuerit, siquidem ista scriptura
d *τεχνηφίαν*, & *καληφίαν* ma-
is est quàm illa accommodata.
ecundò, cum Judæi in Captivi-
ate isti scripturæ, uti & linguæ
psí Chaldaicæ atque Assyriacæ,
am assuevissent, camque fa-
miliarem sibi fecissent? Quid
mirum, si populus ille non-
dum adeò, quàm ejus poste-
ri sub Assamonæis, (quo tem-
pore invaluit vel maximè inter
eos superstitione) scrupulosus,
circa hujusmodi minutias, in id
ultrò consensit, maximè cùm vi-
deret scripturam suam veterem
à Samaritanis, (quos mirum in
modum oderant) esse jam pri-
dem occupatam? Nihil opus ad
id persuadendum fuit vel mi-
raculis, vel divino etiam man-
dato apud populum superstitio-
ne, & *δεισιδαιμονία* nondum fasci-
natum atque excæcatum, sed sim-
plicem atque docilem adhuc,

G 6 & diu-

& diuturnâ captivitate emollitum
atque subactum , utque insano i-
dolatriæ , quo ante exarserant,
amore liberatum, sic nondum ~~debet~~
~~dangivias~~ vinculis irretitum. Non
fuerunt eapropter metuendæ Ez-
ræ turbæ ullæ , aut molitiones ad-
versus ipsum , quia gloriam suam
in Lege ipsâ , non in Legis litera-
rum figurâ & charactere colloca-
bant , nullam gloriacionis mate-
riam captare, aut vindicare sibi po-
terant , aut verò ipsis libebat , ex
scripturâ seu charactere , quem à
Samaritanis occupatum jam vide-
bant , quem non eripi sibi patie-
bantur , sed jam pridem occupa-
tum ultrò illis relinquebant , ne-
quid cum illis in scribendâ Lege
commune haberent. Ezras itaque
facto suo Judæis non cripiebat
scripturam suam , quam jampri-
dem Samaritani usurpaverant , nec
Judæis creptam Samaritis trade-
bat; sed occupatam jam ab illis, re-
liquit,

quit, sive noluit. (nec potuit, iam si voluisset) eripere. Nec *sacra* magis, quām *vulgaris* & communis dicenda est; quia alia illison fuit ad res communes, vulgaris & profanas, alia ad sacras scriendas; uti hactenus ostensum est. Nec magna fuit in re tantillā glorificandi materia; quia non à Deo primū fuit usurpata, Judæisque radita scriptura illa, sed idēo fuit à Deo usurpata in Tabulis sculpendis, quia jam inter Judæos erat in usu.

At, inquit Buxtorfius (§ 36) non sit verisimile, Ezram vel potuisse, vel voluisse veterem scripturam mutare. Non potuit, 1. propter pervicaciam Iudeorum modò memoratam. 2. quia non erat facile exemplaria veteris scripturæ, quæ passim inter Iudeos exstabant, abrogare: erant enim tum Iudei in varias orbis partes dispersi, tum in Babyloniam, ubi Scholas & Academias habebant; tum in Palæstinam, ubi pluri-

158 DE LITERIS EBR.

ma publicè & privatim inter eos supererant Legis exemplaria. Noluisse ver Ezram hoc facere, ex eo arguitur, quo Nehemias xiiii. vers. 23. 24. 25. legimus, quanto zelo correptus fuerit, cùn videret filios quorundam Iudeorum Aſ dodicè loquentes, Iudaicè autem loqu nescientes. Respondemus ad pri-
mum, Pervicaciam illam, de qua loquuntur, nondum tum viguisse;
& de eājam modō responsum est.
2. ad multitudinem quod attinet exemplarium veteris scripturæ,
quam objiciunt; unde nobis eam probabunt? In tantum contemtum & neglectum venerat apud Judæos tum temporis Lex Dei, ut magno veluti miraculo deputatum sit, quod Legis volumen in arcâ quadam in Templo fuerit à summo Sacerdote tempore Regis Josiæ inventum.
11 Chron. xxxiv. vers. 14. Si vulgares & communes, frequentesque fuissent in eo populo Legis codices,

edices ; an summus Pontifex vobis
nen illud , tanquam rem miram,
que raram , & prodigiū instar,
legi monstrasset ? Certè raros ad-
modum oportuit esse tum tempo-

Legis codices , quando ipsi
mmo Pontifici volumen illud
odigiī & miraculi instar fuit. I-
ò quantus, quamque horrendus
erit in eo populo non modò sa-
larum, sed etiam omnium omni-
o bonarum literarum, etiam vul-
tarium , & profanarum neglectus
et contemtus , ex eo liquet , quod
ec Salomonis liber ullus , nec cu-
usquam alterius Authoris scri-
tum ullum (præter solos libros sa-
ros , quos divina providentia vo-
uit conservatos) superfuerit, & ad
posteros transmissum sit. An o-
mnia Gentis illius monumenta , &
antiqua quæ in eo populo jam ab
ipso Mose, aut verò etiam ante Mo-
sen (ut est liber Recti) fuerunt,
Scripta sic omnia ad unum periissēt,
si vel

si vel minimum studiosus fuisset litterarum populus ille, vel si Deus ista ad posteros, indeque ad nos pervenire voluisset. Ad Legis auctem & sacrorum Oraculorum conservationē in eo populo, & illo populi istius captivi statu, satis Deo fuit vel unum servasse exemplar, ex quo Ezras suum describeret, & ab isto reliqua postmodum exscriberentur. Ut nihil hīc necesse sit confugere ad miracula, & fingere Ezram omnia memoriter descripsisse; uti illud finxit author quarti libri Ezrae Apocryphi.

Et unde quæso nobis duo Paralipomenon libri ab Ezra sunt maximā ex parte consarcinati, nisi ex paucis variis & sparsis schedis, quæ hīc illic inter paucos privatos delitescabant, quas ipse conquisivit, excerpit, digessit, contulit, composuit, supplevit, compegit, atque in unum compaginavit? Certè si luculenta & plurima superfuis-

et in eo populo tum temporis
centis suæ antiqua monumenta,
scriptave, eorum pleraque ad nos
que pervenissent : nam ab eo
tempore, (maximè Assamonæo-
m seculo, & deinceps) sui, &
coriæ suæ Judæi multò fuerunt
audiosiores, quam antea. Sed pa-
m est partim neglectu & con-
mtu, partim hostium diripien-
um furore, & barbarie, periis-
, intercidisse, abolita esse omnia
mnino temporum illorum in illâ
Gente illustria quæque monumen-
i, scripta, libri, codices, exempla-
ia, ut sine veri specie nobis obji-
iantur plurima tum in Babyloniam,
um in Palæstina, tempore Capti-
vitatis, Legis exemplaria. Et unde
quæso, in Babyloniam tempore Ca-
ptivitatis procudit Buxtorfius Ju-
dæorum Scholas & Academias? An
quia septingentis vel octingentis
post annis Soræ & Neardex exstrui
cœperunt Scholæ & Academiæ, in
quibus

quibus Talmudici Doctores sui
ris corpus, Talmud, complexi su-
ideò existimandum est pariter tem-
pore Captivitatis fuisse in Babyl-
oniâ celebres Scholas & Academia.
Videor mihi videre Phryges, qui
volunt, somniantes, quum ista leg-

Ad illud autem, quod ultim
objicitur ibidem §. 36. de Ezra
conquerente, quod Judæorum li-
beri Asdodicè loquerentur, non
Judaicè; unde concludere volunt
quod prout linguae causâ deferui
contra istos Iudeos, neque pati vo-
luit ut alienâ linguâ loquerentur; it
credibile non esse illum Legis scripturam,
qua à Deo data erat, & dígo ejus con-
secrata, cum Assyriorum scripturâ per-
mutare voluisse. Respondetur pri-
mò. Non excanduit propriè Esras,
quòd filii Judæorum Asdodicè, aut
Ammoniticè loquerentur, nisi qua-
tenus illud signum fuit alterius ma-
li cuiusdam, quod illi bilem propriè
movebat; non verò ipsa lingua.

Dispar

sparsim nimirum Judæorum cum
raneis mulieribus cōjugium, ex
onati filii matrum suarum Asdo-
carum, Ammoniticarum, &c. dia-
ctum & linguam addiscebāt. Dis-
tr hoc conjugium contra Dei Le-
m contractum, & liberi hybridæ,
non genuini Judæi, quodq; semen
sanctum cum peregrinis gentibus,
auti ipse Ezra loquitur) Israëlitæ
disciūssent, bilem ei movit propriè;
non verò usus linguæ Asdodicæ. A-
oqui , si usus peregrinæ linguæ
um offendisset; cur ipse Chaldaicè,
non locutus est modò , sed scripsit
tiam? Cur Daniel sanctissimus Pro-
pheta librum suum eodem sermo-
ne contaminavit ? Nam si lex Dei
profanata est scripturâ Assyriacâ ;
nonne liber sacer censēdus erit cō-
taminatus impuro & peregrino scr-
mone Chaldaico? Ego verò potius
retorqueo argumentum: quemad-
modum Deus voluit peregrinam
illam linguam , toto Oriente tum
tem-

temporis communissimam, hono-
rare veluti, atque condecorare, ad-
mittendo eam in sacro Oraculo-
rum suorum Canone, ut sic futura
aliquando Gentium vocationi vel-
uti præluderet, coque ostenderet,
non longè abesse tempus, quo nul-
lum apud se foret Gentium & po-
pulorum discrimen, quin omnes
olim aliquando propriâ linguâ
eum essent celebraturi; sic etiam
codem consilio, ac mente tacitè
permisit, ut & scriptura, quâ Le-
gem suam olim descripscerat, Sa-
maritanis cederet, & aliâ scriptu-
râ, Assyriacâ puta, oracula sua de-
incéps scriberentur, ut subinnue-
ret & veluti præsignificaret, tum
Judæos aliquando à fædere suo es-
se excludendos, tum Gentes alias
in eorum locum esse cooptandas.

Itaque Judæo quidem jam in-
credulo, pertinaci, superstitione
dementato, nequaquam fit verisimi-
le, Ezram, Malachiam, Haggæum,

Za-

hriam, & ceteros pios, qui post
captivitatem fuerunt, literas à Deo
acceptas, non quidem per contem-
nabjecisse, sed à Samaritis occupa-
, illis reliquise, & cum aliis, Assy-
cis puta, quibus in Captivitate assue-
rant, commutasse; verum homini
christiano & pio, non supersti-
toso, nequaquam à veri specie a-
enum valde id videbitur.

Denique quod ultimò objici-
tur Fullerus, qui ait, numerosissimam
uidæorum gentem, longè latèque disse-
minatam, facilius potuisse characteres
suos sartos tectosque conservare, quam
samaritarum popellus exiguis, in angu-
um oppidò angustum conclusus, nihili
est: non enim queritur, quid po-
tuerit Judæorum populus, sed quid
factū reverâ ab eo sit. Non dicimus,
non potuisse eum characteres suos
conservasse; dicimus tantum, ab eo
id factum non esse. At posse ad esse
non datur consequentia. Unde
autem, & cur id factum esse videa-
tur,

tur, ex hactenus dictis unicuique
non præjudiciis occupato put-
mus jam satis esse manifestum.
Unde jam liberum omnibus est
poterit, quid sibi in hac quæstion-
sentiendum esse videatur: nemiri
enim præjudico; id tantum, quo
vero proprius mihi videtur, libe-
rè, & apertè, cum bonâ omniun-
pace & veniâ, propono. Faxi
Deus, ut quod ipse novit esse ve-
rissimum & optimum, apud bo-
nos omnes obtineat, ad sui glo-
riam & Ecclesiæ suæ ædificatio-
nem! quod unum totâ hac Dia-
tribâ mihi ob oculos proposui.
Si minus quod verum est percepisti;
ego libens, admonitus, & melio-
ribus, ac solidioribus rationibus,
& argumentis adductus, errorem
agnoscam, & monenti, atque do-
centi gratias maximas habebo, at-
que pro virili referam. Interim li-
cebit, puto, sine cuiusquam injuriâ
& offensione, sententia, quam hac-
tenus

D I A T R I B A. 167

ius arbitror satis verisimilem fe-
se ; inhærere , quam diu meliora
solidiora non fuerint mihi pro-
contrariâ sententiâ demonstrata.

Salmurii, XXI. Augusti

M D C X L I I I .

J O S E P H I
C A L I G E R I
V I N D I C I A E ,
S I V E

*ad Dn. IOHANNIS BUXTORFI exer-
citationem in historiam Institutionis S.
Cœna Dominicæ Animadversiones.*

N doctâ hac & eruditâ
Exercitatione , quam
Diatribæ suæ de literis
Judeorum adjunxit do-
minus Buxtorfius , multa in Viro
magno Josepho Scaligero repre-
hendit , variaque castigat , quæ ab
eo putat esse admissa σφάλματα , lib.
6. operis

6. operis incomparabilis de Emendatione Temporum, in collatione quam illic instituit Vir ille Magnus S. Cenæ Dominicæ cum Judæorum in celebrando Paschate ritibus. Ea autem quæ ille reprehendit, sunt hæc præcipua. *Primum* quod Scaliger dicit, Judæos in ritu Agni Paschalis dupli cœnâ esse defunctos, in quorum priori hostiis immolatis, & Agno vescebantur; posterior autem fuit illi δεῖπνον δρπλυπηγ̄ cœna dimissoria, vocabaturque ἡρσεψα מְדִינָה, h. e. δεῖπνον δρπλυπηρ̄, quæ erant veluti secunda apud Gentiles mensæ. In quâ posteriore cœna Deo canebantur λατινâ & σιχαιεινâ quædam: gratias nempe Deo agebant Judæi, & portionem circumferebant; id quod hodie quoq; illi retinent. *Secundum* est, quod ait, idem fieri solitum in reliquis festis sollemnioribus, stante Templo, & florentibus Judæorum rebus. *Tertium*, quod discriminem statuit

uit inter cœnæ Paschalis & reli-
orum festorum secundas men-
, cùm nullæ fuerint in Agni
Paschalis cœnâ secundæ mensæ.
tertium & quintum, quod se-
condas illas mensas dicit vocari à
adæis ιποκρεα, h.c. επικωμη & ποι-
sextum, quod loco Bellariorum
uæ in reliquis Festis, secundis
ensis inferebantur) afferebatur
tryblio Acetarium ex intybis
lactucis agrestibus. *Septimum*,
quod tortam Azymam in finem
cœnæ reservatam dicat, & in tot
uista fractam, quot erant in Φεγ-
γιᾳ, sive contubernio convivæ. *O-
ctavum & nonum*, quod dicat Ju-
xos certâ Benedictionis formulâ
sos esse, cum tortam illam Azym-
am in fine cœnæ sumerent, &
armine quodam, Chaldaicè con-
cepto, quum tortæ illius Azymæ
particulas singulis conviviis distri-
buerent. *Decimum*, quod lotio-
nem pedum velit ritum & morem

H fuisse

170 DE LITERIS EBR.

fuisse Judæis in cœnâ Paschali ,
aliis conviviis usitatum, antequam
mensæ accumberent. Undecimum
quod quartum , seu ultimum , po-
culum, quo cœna Paschalis claudie-
batur , dicat vocatum fuisse פסח
poculum hymni. th. 30. Duodecimum
quod noctem Paschalis cœnæ di-
cat vocatam fuisse פסח הלילה , cui
non nox ipsa, sed lectio quæ illâ no-
cte in cœnâ recitabatur , diceretū.
הגדה. Obiter etiam Cameronem per-
stringit, th. 46. quod dixerit in My-
rothecio, panis אֶלְוֹזִיאוּ vocari à Ju-
dæis שְׂדָךְ , cum non panis, sed po-
culi 1. אֶלְוֹזִיא ab ipsis sic vocetur.

An bene autē & rectè, an verò se-
cūs ista à Buxtorf. in Scaligero repre-
hendantur, ut manifestius liqueat,
utque cœnæ Dominicæ cum cœnâ
Paschali collatio clarior evadat, o-
perè pretium fuerit ex Maimonide,
antiquo & celeberrimo inter Judd.
Scriptore, totam cœnæ Paschalis ra-
tionem, modum, ordinē & ritūshīc

expo-

onere, prout ea habentur cap. 8.
e ultimo Tractatūs חנוך ומצה libri
tii operis 7^o dicti. Sic ergo ille.
Ordo cōficiendi Azyma ista XIV
(h.e. celebrandi cœnam Pascha-
n) hic est. *Primum* unicuiq; misce-
poculum, ac super illud recitatur
formula Benedictionis, *Ben. tu.*, &c.
i creas fructum ritis, ac postea reci-
t super illud, כדושה קדש h. e. formu-
m sanctificationis die & tempore
o usitatam, poculumque illud ipse
nā cum reliquis convivis) ebibit.
um recitat formulam Benedictio-
is lotionis manuum, manusq; la-
at. Deinde, inferūt instructā men-
im, eq; imponunt טהורת מזידות (sive
Acetarium ex herbis amaris) aliaq;
lera, tortas Azymas, & חרכות צבאים
, Agnū item ipsum Paschalem, &
arnes הננה h. e. victimæ die illo ma-
ctandæ. Hoc autem tempore (post
Templi scilicet secundi destructio-
nem) inferunt mensæ duo genera
carnium, una nempe עומס עזבון Agni
H 2 ipsius

ipsius Paschalis, alteram verò ουνη
ουων חנינה victimæ diei illius.

§ 2. Tum incipit (Paterfamilia
scilicet) recitatque benedictionem
qui creas fructus terræ, sumitque o
lera (sive πρεσίδας) & ea intingi
in Embamma, editque, ipse
& omnes unà cum eo accumben
tes, ex illis herbis כויתָ quantum es
olivæ moles. Postmodum removen
mensam ab ante faciem illius, qui
lecturus est הגדה, miscentque po
culum secundum, atque isthic de
bet esse filius (h.e. parvulus aliquis)
interrogans (hoc est, qui roget cur
ista fiant) tum Lector legit istud
מה נשתנה, quid differt nox ista à re
liquis noctibus? Nimirum 1. quod
in reliquis noctibus אין אנו מטבחים
non intingimus, ne semel quidem;
at hac nocte bis intingimus. 2.
quod cæteris noctibus comedim
mus חמץ ומצה fermentatum & infer
mentatum; hac autem nocte
solum Azymum. 3. reliquis nocti
bus

s edimus carnem צל' assam, פלוי
stam, מבל elixam; hac autem no-
nisi affā. 4. reliquis noctibus
imus reliqua olera ; hac autem
nocteamaras herbas. Deniq;,
liquis noctibus edimus , sive se-
entes, sive מסובים discumbentes; hac
item nocte omnes discumbimus.

3. Hoc tempore non dicimus, Hac
nocte non edimus, nisi צל' assū, quia jam
non habemus קרב oblationem (A-
ni scilicet Paschalis.) Tum incipit
recitare lectionem Haggadę, usque
cum compleat eam totam usque ad
lud. אرمי אובד אבי. §. 4. Tum repon-
unt mensam coram eo , ac dicit,
Pascha istud nos edimus propterea, quod
transfilivit Dominus super domos
patrum nostrorum in Ægypto ; scri-
tum est enim , Dicetisque , Sacrifi-
cium est Paschæ Domino. Tum tol-
lit in altum patinam, in quâ sunt her-
ba amaræ , dicitque: Istæ sunt herbæ a-
maræ, quas comedimus propterea, quod
Ægyptii amaram reddiderunt vitam

H 3 Patrum

174 DE LITERIS EBR.

Patrum nostrorum in Ægypto; scriptum
est enim : Et amaram reddiderunt
vitam eorum. Tum attollit manus
tortam Azymam , ac dicit (a) Hoc
Azymum, quod nos comedimus propter
ea, quod non sivit (Deus scilicet
fermentari massam Patrum nostrorum
donec revelatus est eis Dominus , eosque
statim redemit ; scriptum est enim : E-
coxerunt massam, quam eduxeran-
t ex Ægypto, &c.

§ 5. Tum addit: Propterea tenemu-
confiteri, laudare, celebrare, magnifica-
re, decorare, exaltare, glorificare eum
qui fecit Patribus nostris , & nobis , o-
mnia ista signa , atque miracula , qui-
que nos eduxit de servitute in liberta-
tem , de mœrore in lætitiam , de tene-
bris in lucem magnam, itaque dicamus
coram eo הַלְלוּ יְהוָה laudate Dominum :
laudate eum servi ejus , &c. usque ad
ista verba , Petram in fontem aqua-
rum. finitque his verbis : Benedictus

(a) Rituale Hisp. & Ital. istud non habent, sed
eius loco habent formulam הִנֵּה לְחַכְמָה דָּעַנְיָה hic
est panis afflictionis, &c.

Dominus Deus noster , Rex mundi,
 qui redemit nos & Patres nostros de Ægypto, & adduxit nos ad noctem istam,
 et in eâ comedamus Azyma & πινεῖδας.
 Ioc autem tempore his addit ista:
 omnis Deus noster & Deus Patrum
 nostrorum adducat nos ad reliqua festa
 milieannia, quæ postmodum venient, læ-
 sis in pace ob ædificationem urbis tue,
 & hilares in cultu tuo , ut comedamus
 e sacrificiis & Agnis Paschalibus, quo-
 um sanguis ad Altare tuum funditur
 is & dñx, & cantemus tibi canticum
 novum pro liberatione nostrâ, & pro re-
 lemptione animæ nostræ. Benedictus sis
 tu, qui liberas Israëlem. Tum recitat
 benedictionem , qui creat fructum
 vitis , babitque poculum secun-
 dum.

§.6. Postmodū recitat Benedic-
 tionem lotionis manuum , ac manus
 lavat secundâ vice ; quia fieri po-
 test, ut mens ejus & attentio avo-
 cata fuerit , dum legeret Hagga-
 dam. Tum accipit duo ῥῦπα lagana,

H 4 (sive,

(sive, tortas Azymas) dividitque per medium alterum eorum, quod fractum est relinquit intacta quæ sunt integra, utiturque e Benedictione, Ben. tu. &c. qui educat panem de terrâ. Ratio autem, cui istam Benedictionem non recitat super duo frusta, sicuti reliqui diebus festivis, hæc est; quia scriptum est, *Panis afflictionis*. Quis est pauperis mos, nimirum non panem integrum, sed frusta tantum panis colligit (mendicando scilicet): sic etiam panis hîc non integer sumitur, sed ejus duntaxat frustum seu particula. Postmodum convolvit Azymæ tortæ frustum unâ cum herbis amaris, eaque intingit in τοῦ ἐμβάμυρος, utiturque hac benedictione: Ben. &c. qui præcepit nobis comedere Azyma & mæridas, eaque unâ edit. Quod si separatim velit edere Azymum, & separatim mæridas, utitur etiam separata benedictione super utrumque.

§ 7.

§ 7. Tum recitat Benedictio-
em istam, Ben. &c. qui præcepit no-
is comedere מן הובח de Sacrificio, e-
itque unà primum de carne חנינה
ictimæ illius diei, tum recitat Be-
nedictionem istam, Ben. &c. qui
ræcepit nobis comedere Pascha, simul-
que edit de corpore Agni Pascha-
is. Porrò Benedictio Agni Pa-
schalis פּוֹתְרָה אֵין non excludit bene-
dictionem Sacrificii, nec Benedi-
ctio Sacrificii excludit Benedictio-
em Agni Paschalis.

§.8. Hoc tempore, quo non fit ob-
atia Agni Paschalis, postquam re-
citata est Benedictio, qui educit pa-
nem de terrâ, recitatur denuò Bene-
dictio, qui præcepit nobis comedere
Azyma, intingitque tum tortam A-
zymam in εμβαμμα, editque eam,
ac mox recitat Benedictionem מִנְחָה, intingitq[ue] eas in חרות, sta-
timque comedit, neque eas sinit diu
hærere in Embammate, ne forte
gustus, seu sapor earum בֶּטֶל im-

H 5 mutetur,

mutetur, (dulcedine nimirum Embammatis) Estque hoc præceptum unum de scribarum verbis : Rursumque convolvit frustum tortæ azymæ & πινγιδας, caque intingit in Embamma, & edit absque prævi benedictione, זכר למקדש in memoria Sanctuarii, desolati scilicet.

§ 9. Postmodū producitur convivium, editque & bibit unusquisque quicquid ipsi libet edere & biberet (ex iis nempe, quæ mensæ impedita sunt) Deinde, edit de Agno Paschali בֵּית quantum est olivæ moles, neque postea gustat ullum alium cibum. Hoc autem tempore edit de tortâ azymâ, quantum est olivæ moles, neque postmodum gustat quidquam, ut hîc sit finis convivii illius (hoc est, edendi in illâ nocte) & ut gustus (seu sapor) carnis Agni, vel Azymæ tortæ, sit in ore ejus ; eesus enim ejus est de Præcepto.

§ 10. Postea manus lavat, & recitat
Bene-

nedictionem *הַמָּוֹן* cibi capiendi,
per poculum tertium, ebibitque
id, ac postea miscet poculum
uartum, & absolvit super illud
את הymnum (qui nimirum su-
à §. 5. fuit inchoatus) recitatque
per illud Benedictionem Canti-
, estque Hymnus iste; *Laudent te,*
omine, omnia operatua, &c. reci-
tque benedictionem, qui *creat*
uictum vitis, neque postmodum
uidquam gustat totâ illâ nocte,
exceptâ aquâ. Licetque ipsi misce-
re poculum quintum, ac super il-
lud dicere את הילל הגדול *Hymnum ma-*
nun, inde nempe הירו ל"ה *Confite-*
nini Domino, quoniam bonus, &c. us-
que ad, *super flumina Babylonis*. Ad
stud autem quintum poculum
non obstringimur, quomodo ad
quatuor præcedentia pocula, po-
testque compleri, seu absolvi Hy-
mnus in quoconque libuerit loco,
etiamsi non sit locus convivii.

Reliqui quatuor articuli Capi-
H 6 tis

tis illius toti sunt de *mense* *ad passus*
quibusdam inutilibus & otiosis
quas propterea h̄ic omittimus.
Subjicitur demum illi Capiti à Mai-
monide *וּמָתַח* *exemplar* (sive trans-
scriptum) Haggadæ , seu prolixa
illius lectionis , quam fieri juben-
mox post benedictionem secund
poculi, de quâ lectione sic ille; For-
mula (ve exemplar transcriptum) Hag-
gadæ, quâ utuntur Israëlitæ hoc tempore
exilii sui, hujusmodi est, *Incipit eum su-*
per poculum secundum, dicitque: Festi-
nantere gressi sumus de Ægypto, *הִנֵּה לְחַמָּא*
אֶרְעָנָה &c. *Hic est panis afflictionis, quem*
comederunt Patres nostri in Ægypto,
&c. prout ea habetur apud Scali-
gerum & Buxtorfium.

His consentanea longè maximâ
ex parte sunt ea, quæ habet tum
Buxtor. in Synagogâ Judaïca, tum
Rituale Judæorum , Italicorum &
Hispaniensium , paucis admodùm
exceptis , quæ vel ipsi addunt , vel
quæ ex istis quæ habet Maimoni-
des,

res, suppleri debent, aliisque non-
illis, in quibus variant, quæ non
nt usque adeò magni momenti.
ita , quod §.2. Maimonides di-
t , olera intingi כהרוּסָה . Rituale
ispaniensium dicit , ea intingi en
yinagre , in acetum : quæ sic con-
liari possunt, ut dicamus ea priùs
a acetum, deinde in ἐμελάμηα intin-
gi. Deinde , omittit Rituale Hi-
span. ea quæ Maimonides habet de
emotione mensæ , antequam le-
atur Haggada , ac statim post in-
uncta olera , eaque singulis convi-
is distributa , subjicit , *Tum sumet*
res tortas Azymas, atque eam quæ in
medio est, dividet in duas partes, dimi-
lamque unam ponet inter duas inte-
ras; alteram verò dimidiam ponet sub
nappâ לְאַפִּינָּה eis ἐπινωμην, quæ sunt
eadem planè cum illis, quæ Mai-
monides habet §. 6. ut videatur o-
mniō hīc esse in Rit. Hisp. trans-
positio quædam ; nam mox in co-
Rituali subjicitur formula Hagga-

H 7 dæ

dæ eadem cum illa Maimonidi
paucis quibusdam additis; Tu
post ea, quæ h̄ic apud Maimon
dem habentur §. 3.4. & 5. (à qu
bus aliquantulum variat Ritualis, cito
Hispaniensium) subjicit. Exhau
riet unusquisque convivarum po
culum suum, lavabuntque manus
& recitabunt benedictionem lo
tionis manuum. Tum sumet tor^a tam,
de quâ dictum est superius
eamque in frustula dividet, una
cum eâ quæ est integra, dicetque
Ben. &c. *qui educis panem de terrâ*,
neque comedet tamen, sed particu
lam sumet illius, quæ in duo fuit
divisa, uteturque hac Benedictio
ne: Ben. &c. *qui sanctificasti nos Præ
ceptis tuis, & præcepisti nobis edere A
zyma*, déque eâ edet, omnesque
unâ cum eo convivæ. Tum sumet
de lactucis, quas intinget in ευβάμ
μη, adjunctâ hac benedictionis for
mulâ, Ben. &c. *qui præcepisti nobis e
dere מרוּחַ תְּמֵידָא*, edetque de
illis,

, & singulis accumbentibus
ribuet. Tum sumet de tortâ
mâ inferiore , quæ integra est,
de lactucis atque reliquis ole-
us, eaque intinget , כחרות מינימוס הוכן
que מקרש כהלו : נבר מקרש כהלו
Sanctuarii , comedetque ea,
singulis dabit accumbentibus.
im cœnabunt. Postmodum su-
et Tortam , quam posuit sub
appâ , singulisque de eâ distri-
riet כזיה quanta est olivæ magnitu-
, adjunctâ benedictione כוון ci-
, evacuabuntque sua pocula vi-
, dicentque , Effunde , Domine,
um tuam super Gentes , quæ te non
runt , &c. Atque hîc Rituale
ud Hispaniensium subjicit Psal-
los aliquot recitandos , quibus
ldit , Tum bibet unusquisque
oculum suum , dicetque: Ben. &c.
o vite , & pro fructu vitis , qui-
us peractis non comedent , ne-
ue bibent convivæ quidquam
otâ nocte , usque ad sequentis
diæ

diēi jentaculum, præterquam
quam.

In Judaïcâ istâ Paschali cœnâ, quatuor hæc occurrunt observanda.
Res. 2. actiones. 3. Benedictionum formulæ, quæ unicuique rei singulæ accommodantur 4. Ordo agendorum. Ad 1. quod attinet, Res. 1. hac Cœnâ observandæ sunt ea, quæ in mensam inferuntur, nempe poculum, idque quadruplex. 2. Tota Azymæ. 3. Acetarium ex herbâ amaris. 4. Τόροι εἰπείμην 5. Agnus ipse Paschalis, & carnes Κατέσθισε victimæ, quæ eo die mactabatur. Actiones sunt hæc; 1. lotio, eaq; triplex, primum initio Cœnæ, deinde in medio, post exhaustum secundum poculum, denique paullè ante finem, postquam cœnâ benc sunt impleti. 2. Benedictiones variæ. 3. Eius acetariorum Azymorum, Agni & Κατέσθισε 4. Potus quadruplicis poculi. Benedicunt rebus, quæ in cœnâ vel eſu & potu

i consumuntur, vel aliquâ aliâ ratione usurpantur, lotioni puta ipsi ræmittitur benedictio. Benedictioni accenseri potest consecratio, seu destinatio rerum ad celebrandum Pascha necessariarum, Tortarum puta Azymarum, Aceriorum, Agni, & carnium victimæ, (quæ habentur §.4. & 5.) quius & hæc formula accenseri debet: *אַתָּה בְּנֵי אֶלְيִזָּעֶר הַזֶּה עֲלֵיכֶם כְּלֹמְדָה* *hic est panis afflictionis,* cc. Eduntur Azyma, *πικέσες*, Annus ipse, & carnes victimæ. Binitur poculum quadruplex, vel, si libet, etiam quintuplex. Benedictionum formulæ sunt variæ pro diversis rebus, quibus benedicitur: alia nempe est Azymorum, alia Aceriorum, alia poculi, alia Agni, alia victimæ, alia denique Lotiosis benedictio. Ordo agendorum hic est ex Maimonide. 1. Poculum primum exhaustur. 2. Manus primâ vice lavantur. 3. Instruitur mensa, sive in eam inferuntur, quæ sunt
eâ

ea cœnâ absumenda (Buxtorfi in Synagoga, instructionem messe præmittit poculo primo: de lecture ait disputationem esse Talmude, an præcedere, am ver sequi debeat primum poculum). *mneidēs* priūm degustantur: Removetur mensa (Buxtorfius i Synagogâ remotionem istam accipit de Tortis Azymis, quæ de mensâ tolluntur, ut detur puerulis occasio quærendi & interrogandi ritibus hujus cœnæ. 6. Sequitur interrogatio puerorum, & ad eam Responsio. 7. Recitatur Haggada, sive lectio benè longa, ex scripturâ de servitute Ægyptiacâ, & liberationem ab ea, cum brevi ejus explicatione per singulas partes. 8. Reponitur mensa, & consecrantur ea, quæ in mensâ sunt, ad usum Cœnæ Paschalis; prout habetur ea consecratio §. 4. & 5. 9. Exhauritur poculum secundum. 10. Manus denuo layantur. 11. Tortæ Azymæ

mæ proferuntur , & disponun-
r, ac secundò benedicuntur. 12.
e unà cum oleribus intinguntur
Embamma & eduntur. 13. Carnes
Etimæ & Agni degustantur. 14.
œnatur, produciturque cœna. 15.
egustatur rursus aliquid de A-
no , singulisque distribuitur. 16.
lanus tertio lavantur. 17. Pocu-
m tertium exhaeritur , illudque
bibitur , & Hymnus antè ince-
tus absolvitur . Ultimo , quin-
am poculum , si libet , (nam hoc
berum est, non necessarium) ad-
litur , & Hymnus magnus decan-
tur , sicque toti illi Cœnæ finis
ponitur.

Ex his videre est , quidnam
Dominus noster Jesus Christus
esumserit , & quasi mutuatus sit
Judæis ex cœnâ istâ Paschali ,
& accommodarit ad sacram su-
m Cœnam : nempe panem sum-
it , benedixit ei , fregit , distribuit
um Discipulis suis , cum his ver-
bis:

bis : *Accipite , edite , Hoc est cor
pus meum , quod pro vobis frangitur*
*Quæ verba ab eo substituta ei
se videntur loco istorum* לְהַמָּא אֲלֵנָא
*Hic est panis afflictionis , quen
comederunt olim Patres nostri in Æ
gypto. vel istorum loco : Hoc es
Azymum , &c. item. Hoc est Pa
scha , &c. quæ habentur suprà apud
Maimonidem §. 4. Buxtorfius pu
tat, Christum in his alludere ad id,
quod Judæi Agnum mensæ impo
situm vocant חֲנֹפּוּ שֶׁל פֶּסַח corpus ipsum
Agni , quodque jubent edere
de corpore Agni. Verùm in formulâ
consecrationis ipsius non dicunt:
Hoc est corpus Agni , &c. sed , Pascha
*istud nos edimus , &c. vel , Hoc est A
zymum , quod nos comedimus , &c. vi
de §. 4. Secundò , Christus pocu
lum summis , benedixit , degusta
vit , distribuit cum his verbis : Hoc
est poculum Noyi testamenti in sangu
ine meo , vel , hic est sanguis Novi Te
stamenti , quibus in verbis non tam
videtur**

detur respicere ad formulam Ju-
deorum in benedictione poculi,
n. &c. qui creas fructum vitis, quām
detur alludere ad illud Mosis,
c est sanguis fæderis, quod Deus no-
scum init. Exod. xxiv. 8. Quan-
do autem, seu quā in parte Cœ-
te Paschalis Dominus Noster Je-
sus Christus sacram suam in-
ituerit Cœnam, an initio, an
medio, an verò in fine, non
est facile certò definire, neque id
modum momentosum videtur.
Consentaneum tamen magis est,
ut in fine instituisse dicamus, post
tertiam manuum lotionem, &
uarti poculi benedictionē, quum
quintum poculum ex Maimonide
ddi potest. Ita ut loco quinti po-
culi, sacrum Cœnæ suæ ritum in-
stituisse videatur. Lotio nempe,
quam sacræ suæ Cœnæ præmisit,
idetur omnino respondere ter-
iæ lotioni à Judæis usurpatæ.

Jam verò ad Scaligeri reprohen-
siones

siones à Buxtorfio factas quod atinet, *primum*, hoc in eo reprehendit Buxtorfius, quod duas Cœnae Judæorum faciat. Certè una quidem eorum fuit Cœna, at cujus tres veluti fuerunt partes. Una prævia & quasi præparatoria, quocumque poculum *primum* benedicitur exhauditur, prima manuum filatio, *mæridæ* benedicuntur, & degustantur, puerorum interrogatori satisfit, Haggada recitatur, & res mensæ impositæ consecrantur, & destinantur ad sacram epulum, ac denique secundum poculum evacuatur: quæ omnia habentur quinque prioribus Maimonidis §. Secunda pars incipit à secundâ manuum unctione, in quâ tortæ azymæ & *mæridæ* benedicuntur, & degustantur denuo, carnium victimæ & Agni particulæ benedicuntur itidem, degustantur & distribuuntur, quam degustationem sequi-

uitur Cœna justa, & epulum ex
positis in mensa cibis quibusli-
:, §. 6. 7. & 8. Tertia & ultima Cœ-
pars incipit à tertiat manuum
ione, quam sequitur poculum
tium & quartum, & quintum,
libet, quam Cœnæ partem
aliger appellat δεῖπνον λόγιαν πηγήν,
Αριτί επικαμψην, סעורה מפסקת, & se-
ndas mensas, in quâ ἔχιλασιν & δύζα-
νης quædam caneabantur ; Hy-
nus enim prolixus tum absol-
ebatur. Buxtorfius ipse duas fa-
t & agnoscit in eâ nocte veluti
œnas ; unam ordinariam, in quâ
carne τὸν jugis sacrificii, & car-
ne τὴν νιγηνὴν victimæ, seu sacrificii il-
lus Festi ; alteram verò, in quâ A-
num Paschalem ipsum cum herbis
maris comedebant. Si Buxtorfio
cet duas sic facere ex unâ cœnas,
. e. cœnæ partes ; quidni pariter
caligero (& meliori quidem jure)
iceat unam facere ex Agno &
nam hæc simul & conjunctim
ede-

edebantur; uti ex Maimonide li-
quet) alteram ex secundis mensis
seu ἐπικήματι, quas modò diximur
fuisse tertiam veluti Cœnæ Pascha-
lis partem à tertiatâ manuum lotio-
ne inchoatam: neque enim procul
dubio Scaliger aliter duas vult fuisse
Cœnas, quâm duas Cœnæ uniu-
partes insignes atque distinctas.
Porrò non video, quomodo Bux-
torfius dicat in priore Cœnâ Ju-
dæos edisse carnem תםיד *jugis sacri-*
ficii; cum תםיד fuerit holocaustum,
quod totum igne in Altari absu-
mebatur, aut si quid ex eo edere-
tur, id non à privatis, sed à solis
Sacerdotibus in templo edidebuc-
rit: de publico enim & pro toto
populo offerebatur. Quod autem
Buxtorfius vult Judæos non com-
edisse Agnum, nisi post cœnam
communem & ordinariam, quia
Agnus non comedebatur (uti Ju-
dæi volunt) nisi יְלֵה saturis,
sive post satietatem, yel hoc est ab
hodi-

dierno Judæorum ritu , qui di-
versus est à veteri (nam ex Mai-
onide constat, post primam **תְּנִינָה**
Agni delibationem , productam
issē statim cœnam ex reliquā
ocul dubio tum Agni, tum **תְּנִינָה**
rne , nisi quod aliquid ex Agno
ryabatur in cœnæ finem, quando
cenuò & postremò aliquid de A-
gno degustabatur) vel illud Ju-
dæorum dictum , *Agnus non comedi-
tur nisi à saturis, intelligendum est de*
ostremâ , in fine cœnæ Paschalis,
agni degustatione sollemni. Quod
סֶפְתָּה תְּנִינָה dicitur , (uti vult Bux-
orius) cœna quæ jejinium præ-
edit, non impedit quo minus **אַפְּקִים**
πίκαμοι, cœnæ Paschalis (quod di-
imus esse tertiam seu ultimam cœ-
us partem) dicatur. etiam, atque di-
i possit **סֶעְדָּה מִפְּקָת** **δεῖπνον α' παλυπάχην**,
cum ejusmodi **ἐπικάμω** reverâ clau-
leretur , & absolveretur cœna il-
la. Et fortè torta illa azyma, quæ in
finem cœnæ servatur à Judæis,

I ideo

194 DE LITERIS EBR.

ideò ab illis dicitur אֲפִיכְמָן, qua
אֲפִיכְמָן, hoc est, ἀπάλυπτον. nam
אֲפִיכְסָס est abitus, discessus, Act. xx
29. אֲפִיכְסָתָע est ire, pervenire
Rom. xvi. 19. & quamvis à voc
אֲפִיכְמָן detorta esset vox, ni
hilominus videtur dicta torta ill
אֲפִיכְמָן quod esset ἀπάλυπτον, nam אֲפִיכְמָן
אֲפִיכְמָן est δειπνός ἀπάλυπτον, & dici po
test סְזֹרֶה מַפְקֵחַ.

Secundò reprehendit in Scalige
ro Buxtorfius, quod dicat duas pa
riter fuisse in reliquis Festis cœnas.
Verùm, cum Buxtorfius ipse non
neget fuisse in reliquorum Fe
storum cœnis illud quod vocant
אֲפִיכְמָן אֲפִיכְמָן, sive secundas men
sas, aut Bellaria; cur Scaligerum
reprehendit quod dicat, fuisse in
illis Festis duas cœnas? non e
nim aliud vult Scaliger, (uti
modò jam dictum) quam duas
fuisse distinctas unius cœnæ par
tes: quomodo ipse Buxtorfius di
cit

t duas fuisse in Paschate cœnas,
nam communem , alteram An-
ni ; cum una tantum fuerit re-
verâ , sed cuius duæ fuerunt , vel
es etiam distinctæ partes.

Tertiò Scaligerum reprehendit,
uod discrimen statuat inter se-
undas Paschatis , & reliquorum
Festorum mensas ; quia nullas
Buxtorfius vult fuisse in Pascha-
ti cœnâ mensas. At negare non
potest Buxtorfius , in cœnâ Pa-
schali post tertiam lotionem de-
gustatam fuisse tortam Azymam ,
unâ cum Acetariis , eaque in-
tincta fuisse in Embamma , ad-
juncto tertio & quarto poculo ,
quæ ebibebantur. Hoc autem il-
lud est , quod Scaliger vocat se-
cundas Paschalis cœnæ mensas ;
quasque ideo dicit diversas fui-
sse à secundis aliorum Festorum
mensis , quod in illis apponeren-
tur Bellaria; (quod ipse Buxtorfius

I 2 non

non negat) in istis verò loco Belliorum esent πινείδες cum tortazymâ.

Quartò, & quintò reprehendi Scaligerum, quod vocet secundas Paschalis cœnæ mensas ἡπίκτην πίκα μεριν & κούχα, cum ei aduersetur Rabbinorum dictum ab ipso Scaliger productum ἡπίκτην πίκα μεριν τὸ πίκα σὸν λαλάσυν τὸ δεῖπνον ἐπίκωμα. Verùm ad ἐπίκωμα, quod attinet, agnoscit ipse Buxtorfius tertiam azymam, quæ in finem cœnæ Paschalis reservabatur, quæque cum πινείδες מרוּרִים חֲרִיכָת comedebatur, dici etiamnum ab hodiernis Judæis ἡπίκτην. Cùm igitur Scaliger secundas Paschalis cœnæ mensas nihil aliud esse velit, quam tortam illam azymam cum πινείδες in Embamma intinctam, adjuncto poculo; quo jure cum Buxtorfius reprehendit, quod mensas illas secundas vocet ἡπίκτην πίκα μεριν. Nec repugnat Magistrorum dictum,

stum, τὸν δύο λύγας τὸ δεῖπνον ἐπικάμψω.
 m in eo dicto Ἀφίκτην significat
 llaria, non verò tortam illam
 um πηγέσι, quæ erat loco Bellario-
 m in aliis Festis usurpatorum.
 eque aliâ fortè de causâ videtur
 ēta ista Torta Ἀφίκτην πηγέσι, quam
 uia in cœnâ Paschali illa eundem
 obtinebant locum, quem in reli-
 uis cœnis obtinebat πηγέσι, seu
 ellaria. Ad την̄ quod attinet, dicit
 uxtorius Tortam ultimam cum
 cetariis dici πηγέσι abſterſionem
 bi, quod eā abſtergeretur sapor
 et gustus carnium, quæ in præce-
 lente cœnâ devoratæ fuerunt. E-
 regia verò reprehendendi tan-
 um virum causa, quasi non possit
 Torta illa dici πηγέσι. quandoqui-
 dem fatente ipso Buxtorfio voca-
 tur πηγέσι. Eodem, parique ju-
 re, hoc est, nullo, perstringit Ca-
 meronem, quòd dicat benedictio-
 nem tortæ azymæ vocari à Judæis
 πηγέσι, cum non ipsius Tortæ, sed

I 3 poculi

198 DE LITERIS EBR.

poculi primi benedictio (uti vult Buxtorfius) sic ab ipsis vocetur. Quasi verò si poculi benedictio rectè dicitur שׂוֹרֵךְ, tortæ azymæ, Accetariorum & reliquorum ciboruim qui mensæ imponuntur, benedictio non possit etiam dici שׂוֹרֵךְ, cum eadem sit in illis omnibus appellationis illius ratio. Cur enim poculi benedictio dicitur שׂוֹרֵךְ, nisi quia formulâ benedictionis, quæ illi præmittitur, poculum veluti sanctificatur, hoc est, ad usum sacramentum destinatur: eadem est autem reliquarum rerum, quæ mensæ imponuntur & benedicuntur, ratio. Atque è omnino respexit Apostolus, quum dicit, cibos nullosex esse esse immundos, sed omnia fidelibus sanctificari per precationem, ἀναγέτης διὰ τοῦτο θεοῦ τὸν καταπλήξεως, I. Tim. 4. 5. Nimia est ista Domini Buxtorfi in magnis viris redarguendis σεβαστία & λεπτολογία. Sextò reprehendit Scaligerum; quod

quod dicat loco Bellariorum (quæ
liquis cœnis , secundis mensis
ferebantur) illata in Cœnâ Pa-
hali fuisse in tryblio acetaria ex
tybis & lactucis agrestibus. U-
tres notat gravissimas , scilicet,
agni illius Viri hallucinationes.
quia חָרֹסֶת non fuit Acetarium,
id spissum Embamma ex variis
uictibus, cum vino & aromatibus
octum. 2. quod Scaliger dicat illud
hinc secundis mensis illatum, cum
everâ statim initio Cœnæ fuerit
nensæ impositum. 3. quod dicit
Scaliger, Azyma & olera illa amara
intincta fuisse in Embamma ; quia
nquit Buxtorfius , id fiebat post
poculum secundum exhaustum ,
non verò in fine cœnæ. Ad primum ,
Scaliger non ignoravit, imò exsertè
agnoscit illud חָרֹסֶת , & quidem qua-
le à Buxtorfio describitur; ait enim
fuisse ad spissitudinem illius Em-
bammatis, quod vulgò Mustaceam ,
Galli Mustardam vocant , nec illud

I 4 חָרֹסֶת

חֲרוֹסֶת confundit cum Acetario, cui dicat istud in illud intingi, acetariumque constare ex intybis & laetucis agrestibus. Quid h̄ic ei quæso, quod jure reprehender possit in Scaligero Buxtorfius? At fortè istud, quod dixit Embamm dictum חֲרוֹסֶת confectum fuisse ex aceto, & aliis, nescio quibus; cum non ex aceto, sed ex vino affusum conficiatur ex hodiernorum Judæorum ritualibus. Sed dato, non concesso, id ita esse; estne illud tantum, ut gravissimæ hallucinatio-
nis propterea insimulandus fuerit Vir tantus? Deinde, annon fieri potest, ut recentiorum Judæorum regula & mos à Veterum hac in parte deflexerit? Certè non omnia quæ habet Buxtorfius in Synago-
gâ suâ de Paschali hac cœnâ, pror-
sus & adamussim congruunt cum iis, quæ jam ex Maimonide ad-
duximus. Maimonides nullius me-
minit aceti, in quod olera iminer-
geren-

rentur, priusquam in Embamma
ingerentur; unde quis colligere
s sit, sensisse eum in confectione
חַרְסָתָה fuisse acetum: neque enim
denter olera ista succi tristis &
mari comesa fuisse sine aceto. Ad
undum, Scaliger non dicit חַרְסָתָה
fuisse secundis duntaxat mensis,
non prius, mensæ illatum, sed in
cundis mensis fuisse loco Bellar-
orum, usurpatum; nam illud, af-
rebatur in tryblio loco Bellariorum,
non necessariò significat, tum de-
num tantum fuisse mensæ illatum,
num Bellaria solent afferri; cum
ossit sic illud accipi, loco Bellario-
rum fuisse נִזְנָה illud usurpatum
in cœnâ ista. Deinde, nonne po-
uit priore Acetario & Embamma-
e, in primâ & secundâ cœnæ parte
absumto, aliud novum secundis
mensis, seu ultimæ cœnæ parte ad-
ferri? Restat tertia Scaligeri repre-
sentatio, in eo quod vult olera illa in
fine cœnæ fuisse in Embamma in-

I 5 tincta,

tincta, cum istud initio cœnæ, post primum & secundum poculum exhaustum, factum fuerit. Verum nihil obstat, quo minus id quod initio fuit factum, in fine denuò repetatur; quâ de re vide quę dicimus ad sequentem reprehensionem.

Septimum quod in Scaligero Buxtorfius reprehendit, hoc est, quod dicit Tortam azymam fuisse in finem cœnæ servatam, atque tum in tot particulas fuisse divisam, quot erant in cœnâ convivæ. At negare non potest Buxt. Tortam hodie servari in finem cœnæ לְאַפִּקְדָּן, uti constat ex Rituali Hispaniensium suprà à nobis allato. Nec negat Maimonides, hodie in fine cœnæ edi de tortâ azymâ בֵּית quanta est olivæ moles, atque hodierno tempore id esse loco ultimæ Agni Paschalidis degustationis, quæ stante Templo fiebat, quum Agnus immolaretur. Unde arguere posset Buxtorfius, stante igitur Templo,
quum

uum Christus hic in terris ver-
retur, non fuisse usurpatam ul-
mam istam Tortæ in fine cœnæ
istributionem. Verum cum du-
lex fuerit in cœna Paschali Agni
sollemnisi delibatio, atque degu-
tatio *quanta est olivæ moles*, u-
na initio cœnæ, vel potius initio
ecundæ partis cœnæ, (vide su-
prà §.) altera autem in fine cœ-
næ, post quam ultimam degusta-
tionem non licet quidquam am-
plius cā nocte comedere, cum
que prima degustatio sit con-
juncta cum Tortæ distributione
& oleribus intinctis in Embam-
ma, omnino videtur & ultima
ejus degustatio conjuncta fuis-
se, aut esse debuisse cum Tortâ
similiter azymâ & acetario; quia
nimirum in Lege præcipitur, ut
Agnus comedatur cum azymis
& herbis amaris, quod vel præ-
cipue fieri debuit in sollemni A-
gni degustatione & distributione;

I G quæ

quæ cum duplex sit initio & fine
cœnæ , duplex etiam esse debuit
tortæ azymæ & olerum intinctio
atque distributio.

Id, quod *octavò* & *nonò* reprehendit Buxtorfius , id ipsum est quod modò in Scaligero castigavit, nempe non eum reprehendit quòd dicit, Judd. usos esse formulis istis Benedictionis , neque enim id potest negare Buxtorfius ; sed temporis tantum circumstantiam in Scaligero reprehendit, quòd dicit eos esse usos formulis istis in fine cœnæ, seu mensis secundis , cum id factum sit initio ante degustatum Agnum. Sed eadem reponi potest Scaligeri defensio , quam modò attulimus. Nempe cum fuerit duplex Agni degustatio sollemnis , & distributio unicuique convivarum , primamque ejus degustationem præcesserit duplex illa Benedictionis formula super tortas azymas, quæ unà cum Agno erant cum aceta-
rio

comedendæ ; æquum omnino
ut postremam in fine cœnæ
ni degustationem præcederet si-
iter duplex illa Benedictonis
mula : nam quoties ritus aliquis
etebatur , toties benedictio illi
commodata repetebatur; uti pla-
m est in lotione manuum , quæ
ter in cœnâ illâ usurparetur,
ties etiam benedictio illius pro-
ia repetebatur. Nam quod ho-
terni Judæi dicunt , post istam
postremam Agni degustationem
nil amplius licere gustare eâ no-
ne , vel sapit id recentem hodier-
num περιεργίαν , & superstitionem ,
nel intelligendum illud de reliquis
bis communibus , qui in mensâ
rant expositi ; non verò de Azy-
nis & acetario , quibuscum Agnus
di debuit: nam alioqui falsum est ,
nil omnino , post ultimam istam
agni distributionem , gustatum
uisse à convivis ; tertium enim &
quartum poculum postea fuit ab

I 7 ipfis

ipsis haustum. Omnino igitur co-
veniebat, ut postrema Agni deg-
statio, quæ sacra & sollemnisi er-
fieret cum tortæ azymæ, & ac-
tariorum secundâ distributione,
esu, præcedente ista duplice (de qua
litem Scaligero movet Buxtorfius)
Benedictionis formulâ, ut sic co-
na illa vera esset Paschalis cœnæ
per duplum carnis Agni cum azymis
מְרוּרִים degustationem so-
lemnem, unam initio, alteram i
fine cœnæ usurpatam.

Decimò in Scaligero, Bezâ, Ca-
saubono, aliisque doctis Viris, re-
prehendit Buxtorfius, quod dicant
pedum lotionem morem & ritum
fuisse Judæorum in cœnâ Paschali
aliisque, ante accubitum, usurpa-
tum. Certè neque Maimonides lo-
co suprà ex eo producto, neque
hodierni Judæi in suis Ritualibus
exsertam faciunt lotionis pedum
mentionem. At Maimonides tri-
plicem hîc notat in cœnâ Pascha-

נְטִילַת יָד manuum lotionem. Hæc lo-
pertinebat olim ad munditiem
galem, cuius plurimum studiosi
ant Judæi Christi tempore, ne r̄ei
cujus immundæ attactu inscien-
vel inviti polluerentur, cum per
em in foro & plateis versabantur,
i & immundos homines, Ethni-
s puta & Telonas, &c. & res mul-
s immundas & sordidas contin-
ebat illis non raro ut attingerent,
nde se pollui existimabant. Hanc
munditiem ut à so depellerent,
ne, si illoti cibum sumfissent, ci-
os, quos sumturi erant, attactu
pollucent, solebant è publico
omum reversi ante cibum manus
altem lavare, & quidem πορνης, us-
ue ad cubitum: uti à nobis in Spicili-
gio nostro observatum est. Cumq;
nos in Judæâ esset, si non nudis pla-
nè pedibus, calceis saltem non pror-
ius clausis, uti nos hodie, sed apertis
(qui ουσιαν dicuntur, quibus hodie
utuntur Mōnachi quidā nudipedes
Capu-

des, Capucini & Recollecti quo
vocant) communiter incedere, qu
fiebat ut pedes non pulvere mode
aut luto inquinarentur, sed ipsi
met etiam rei alicujus immundæ
morticini puta, in plateis jacenti
attactu polluerentur; qui legali
puritatis studiosiores erant (quale
fuerunt Pharisæi, & alii quam plu
rimi) proculdubiò non manus mo
dò, sed & pedes, ante accubitum,
lavisse omnino verisimile est, maxi
mè verò in tam sacro cœnæ istius
ritu factum fuisse omnino existi
mandum est. Quod autem Mai
monides, & hodierni Judæorum
rituales libri hujus pedum lotionis
non meminerunt, nec ab eis ho
die usurpatur, hoc inde esse vide
tur, quod vel illa tacitè includitur,
& intelligenda venit in *לotione manuum*, tanquam potiore
parte, magisque necessariâ; vel
quia hodie, & jam pridem Judæis
mos amplius non est nudis pedi
bus,

s, vel apertis calcis, solisque so-
supernè religatis ambulare, ut
opterea pedum lotio minus vi-
nitur hodie illis necessaria. At
Christi tempore, & antea, alia fuit
dæorum ratio, mos & consue-
do, ut tum pedum lotio ad ex-
sistam Legis munditiem penitus
cessaria fuisset videatur, nec veri-
nile ullo modo est, eos voluisse
tam sacro Epuli illius ritu, pedi-
is luto & pulvere sordidatis, vel
actu rei alicujus immundæ for-
ito pollutis, sacræ illi mensæ ac-
tum bimberet, ne eam & sacros illi im-
positos cibos polluerent. Huc fa-
tigere & pertinere videntur loca à
caligero adducta ex Luc.vii.44.
xii. 38. Atque ex isto Judæo-
rum more non semel in cœnâ Pa-
thali lavandi, videtur esse quod
Christus in ultimâ suâ Cœnâ, di-
xitur de mensâ surrexisse, & pedes
iورum discipulorum lavisse. Non
quod Paterfamiliâs ipse solitus es-
set

set id facere domesticis & familiaribus suis ; sed quia in more possum erat , ut convivio non manus modò , sed & pede lavarent , Christus ut humilitatis exemplum Discipulis suis præberet , ipse id fecit . Factum igitur fuit extraordinarium , quod Christus ipse Discipulorum pedes lavit ; at verò planè consenteant videtur , ut ipsa pedum non secus atque manuum lotio in tam sacro Epulo à Judæis usurpata sit .

Quod autem Buxtorfius Scaligerum eo nomine exagitat , quod de illâ pedum lotione intellexit verba ista Haggadæ , אָנוּ מִתְבְּלִים Sanè , verum quidem est verba illa propriè accipi de Tortâ azymâ & acetariorum intinctione in Embammate ; at cum Buxtorfius negare non possit verbum טבֵל non modò de illâ intinctione , verùm etiam de corporis ablutione passim accipi ,

scipi, unde & טבילה Baptismum
im significat, quo Proselytus
religionis Judaicæ professio-
m olim admittebatur. Estne
cò gravis in Scaligero censem-
hallucinatio, quod verba ista
aggadæ acceperit etiam de cor-
oris & pedum lotione, quod-
ue מפלים in Hitpahel, non
erò מפל in Pihel legerit;
um absentibus punctis utro-
ue modo illud commodo sensu
legi possit, aut eapropter tan-
o viro insultare debuit Buxtor-
ius?

Vndecimum, quod reprehendit,
hoc est, quòd quartum pocu-
lum, quo cœna claudebatur,
Scaliger dicat vocari כוס הلال pocu-
lum laudis vel Hymni, cum primum
poculum dicatur potius כוס קדוש
poculum Sanctificationis. ultimum
verò כוס ברכת המזון poculum benedictio-
nis cibi; nullibi autem fiat in Tal-
mude mentio בוס הلال. Sed i. jam
suprà

suprà notavimus, קדוש vocet esse generalem, quæ *Sanctificatiō* nem significat: quæ sanctificati non fuit vini, sive poculi primi propria, sed rerum omnium quæ imponebantur, ut absumerentur quæ res per benedictionem præcedentem sanctificabantur. Deinde benedictio quidem, quæ poculum primum præcedit, dicitur קדוש quia per eam & vinum & reliqua, quamensæ inferuntur, sanctificantur at ipsum poculum primum non propterea necesse est dictum fuisse קדוש, aut sic dici debere. Et benedictio, quæ ultimum poculum præcedit, dicitur quidem ברכת המזון τὸ φῶς τοῦ λόγου, cibi benedictio; at poculum ipsum non propterea dictum fuit, aut dici debuit ברכת המזון. Cum autem unā cum poculo illo quarto recitetur, aut verò absolvatur saltem, הallel Hymnus ille magnus, constans ex variis Psalmis, qui in Judæorum Ritualibus habetur,

, quo hymno clauditur totus
Paschalis cœnæ ritus; quidni di-
stinctionis causâ, ut discernatur
eliquis poculis, dicatur, & di-
uis fortè fuerit הַלְּכָס poculum Hy-
ni, de Hymno intelligendum o-
mino videtur Matth. xxvi. 30.

Marc. xiv. 28. οὐδὲν ἡστέρας ἔχει λαθε-
ει obstat, quod in Talmude non
occurrat כָּס הַלְּכָס, etsi enim non oc-
urrat, potuit tamen dici distin-
tionis ergo: propterea que recte
icitur à Scaligero fuisse Ἀπό-
πνη, quia eo decātato unusquisq;
omum, vel ad lectum & somnum,
iscedebat. Ad ejusmodi poculū vel
imile allusisse videtur David, Psal.
cxi. 13. Poculum salutum accipiam,
& invocabo nomen Domini. quod po-
culum idēo videtur vocare כָּס יְשׁוּעָת
quia erat μηνός & οὗτος πρό^τo
liberatione à servitute Ægyptiacâ.

Vltimum, quod in Scaligero re-
prehendit Buxtorfius, est quod
noctem Paschalis cœnæ dicat vo-
catam

catam fuisse הגדה ἀγέλιαν, cum nocte ipsa sic propriè dicatur, si Lectio quædam è scripturâ, quæ nocte solebat recitari in Messâ. Esto sanè, הגדה sit propriè primò Lectio illa; annon etiam Nox illa sic dici potuit, quomodo Agnus dicitur πάσχη transitus vel ^{transitum} *passus*, propter Angeli transitum per medium Ægyptum, & quomodo in Ecclesiâ Pontificiâ abusu quodam vocis *Missa* dicitur totus Eucharistia apud eos ritus: cùm *Missa* propriè olim dicta fuerit missio, ἀπόλυτος, Catechumenorum qui demittebantur, antequam Mysteriorum fieret celebratio. Estne cā in re justa tantum Virum exagitandi causa?

Hæc sunt, quæ visum est breviter ad istam Domini Buxtorfi dissertationem annotare, tum ad ritum cœnæ Paschalis totum rectius percipiendum, tum ad illustrationem sacræ Domini nostri Jesu

su Christicœnæ, quidnam in eâ ritibus veterum Judd. desum- n esse à Christo videatur, tum a vindicandum à reprehensione caligerum, qui sine magnâ aut ju- fatis causâ videtur in multis à domino Buxtorfio, nostro qui- m judicio, carpi atque repre- endi, quâ de re æquus & cordatus dicet Lector.

D E L O C I
S C R I P T U R A E , Q U I
H A B E T U R

encl. II. v. 4. v. 6. Hæ sunt generationes Cœli & terræ, &c. sensu mystico atque allegorico, ex libro ZOHAR ad illum locum, brevis obser- vatio atq; exercitatio.

AD sensum loci hujus mysticum priusquam veniam, aliquid de eo interpretandi genere præfari libet. Notum est tam a- pud

pud Judæos, quām apud Christi
nos, duo esse Interpretum s.
Commentatorum in S. Scriptura
genera. Unum eorum, qui simp-
cem, seu literalem; alterum eoru-
qui Mysticum & Allegoricum sei-
sum exquirunt, atque consestan-
tur. Priorem illum sensum Judæos
vocant פְּשׁוֹת q. d. *nudum*, & detrac-
tare. Etâ veluti veste exscoliatum; expo-
sitionem autem literalem vocar-
ט Libros autem, & Commenta-
ria, quibus proponitur literalis illi-
expositio atque sensus, appellant
פְּרוֹשָׁם, & Doctores, qui ea scri-
bunt, vocant מִפְרַשִּׁים. Sensum ver-
Allegoricum vocant דָּרְשָׁן vel
(ab inquirendo, quod opus habea-
magnâ & exquisitâ inquisitione, u-
inveniatur): allegoricas expositi-
ones & commentaria de illis scriptis
vocant מִדְרָשִׁים; Doctorem deni-
que qui sensum illum exquirit &
persequitur, דָּרְשֵׁן appellant: כָּדוֹת
tiam Schola est & Academia, in qua
sensus

nsus & expositiones ejusmodi
egoricæ docentur.

Porrò non est existimandum,
idæos allegoricum istud inter-
etandi genus habere atque hau-
se ex Christianorum imitatione
que *ηγενέζην λίαν* quadam ; neque e-
m novum aut recens, sed anti-
quissimum apud eos est, adeoque
ipsis ad Christianos dimanavit.
Tenim Philo, qui, Christo viven-
te, Alexandriæ in Ægypto vixit &
oruit, legatione ad Caligulam,
Romanum Imperatorem, Alexan-
drinorum Judæorum nomine de-
luncetus in libro, quem de Essæo-
rum vitæ instituto scripsit, testatur
os plures habuisse antiquas Ma-
orum suorum explicationes sacro-
rum librorum, quarum lectioni se-
iò incumbebant, quæ mysticæ & al-
legoricæ proculdubio fuerunt, qui-
bus illi homines tū vel maximè de-
ctabantur. Siquidem & ipse Phi-
lo, qui eos impensè laudat, totus

218 EXERCITATIO

est in scriptis Mosis allegoricè seu
tropologicè explicandis.

Hæc scripturam allegoricè ex-
plicandi ratio manavit ex certissi-
mâ & constantissimâ apud veteres
Judæos sententiâ, *omnia in Lege Mo-*
sis esse typica, ac proinde mysticè,
seu allegoricè, exponi posse. Non
fuisse autem vanam & incertam
quandam opinionem illam Ju-
dæorum dē scriptis Mosaïcis sen-
tentiam, sed verissimam & certissi-
mam traditionem, docet tota No-
vi Testamenti scriptura ; quæ nos
monet finem Legis esse Christum,
eamque habuisse umbram dun-
taxat futurorum bonorum , non
verò rerum ipsarum corpus, quod
in Christo est. Paulus etiam i.
Cor. x. 6. ait , omnia Israëlitis in
deserto configisse *εν πίπω*, & passim
toto Novo Testamento typorum
illorum multi explicantur à Chri-
sto ejusque Apostolis & Discipu-
lis Petro , Paulo , Johanne , aliis-
que

e sacris Novi Testamenti Scri-
oribus.

Tyorum autem tria fuerunt
nra: 1. Legales, 2. Historici,
Naturales. Legales typi sunt ri-
s & Cerimoniarum omnes Mosaicæ,
Tabernaculum, & omnia quæ co-
rtinebant, Altare, Sacrificia, Vi-
timæ, Oblationes, Sacerdotes, Le-
tæ, Purificationes, &c. quæ o-
mnia fuisse typica, satis docet au-
tor epistolæ ad Ebræos. Histori-
cos typos voco omnes, quæ in li-
bis Veteris Testamenti, & præ-
cipue Mosaicis habentur, histo-
riæ, resque gestas, quas typicas
fuisse Paulus loco modò laudato
pertè dicit, Ταῦτα ἡμῖν τόπος ἐγκατη-
νει. unde etiam ipse non paucas ea-
m historiarum allegoricè expo-
nit in suis Epistolis, maximè verò
in illâ ad Romanos & ad Galatas,
quibus Abrahami conjugium
cum Hagare ancillâ, & Sarâ liberâ,
sceptosque inde liberos Isaacum

K 2 &

& Ismaëlem, item Jacobi & Esay nativitatem ex uno Isaaci cum Rebecca concubitu, allegoricè expōnit. Christus ipse in Euangelio quum serpentem æneum sui typum fuisse ait; & Petrus, cum Baptismum Christianorum dicit fuisse Diluvii antitypum, hoc secundum genus typorum satis comprobant.

Naturales typi dici possunt tot quæ à Mose nobis describitur Mundi hujus adspectabilis creatio quæ typus fuit novæ, quæ in Christo est, fidelium creationis, atque Ecclesiæ constitutionis. Quod postremum typi genus non ignoravit, neque tacuit etiam D. Paulus quum toties primum & secundum Adamum nobis proponit, atque inter se componit, & quandoque opponit. Item, quum 2. Cor. 4. 6. rogit, ut Deus qui jussit Φῶς ἐκ σκότου ἐλαύνει, velit corda eorum illuminare τὸ φωτός μὴ τὸ γνώσεως, satis eo ostendit, tenebras quibus terra facies

ies fuit primūm operta , typum
sc crassæ illius ignorantiax , & te-
brarum spiritualium , quibus ho-
num mentes naturaliter ante
generationem per Christi spiri-
tum obvelantur ; & lucem primi-
niam à Deo creatam , quæque è
nebris primo die , Dei jussu ef-
flavit , typum esse illuminationis
uentium nostrarum , per Christi
spiritum , in Christi ipsius , rerum
de divinarum revelatione atque
ognitione . Ad hoc postremum
porum genus pertinet allegori-
a loci hujus , quam proponemus ,
explicatio ; hoc enim loco de re-
um creatione agitur .

Observandum est etiam tripli-
em esse sensum Mysticum , nem-
e: Allegoricum , Tropologicum
et Anagogicum . Allegoricus est ,
uum typus de Christo , Christi-
ue membris , seu fidelibus , atque
cclesiâ , deque Christi beneficiis
et gratiâ , explicantur : atque hujus

C 3 gene-

generis sunt pleraque omnia, quæ in Novo Testamento à Christo, ejusque Apostolis exponuntur mysticè. Tropologicus est, quum ex typo, vel legalibus præceptis, ritibus, atque ceremoniis, documenta ad mores, & vitæ institutum pertinentia, adhortationes etiam ad virtutem & dehortationes celiuntur. Cujusmodi est illud Pauli, ad Corinthios, qui ex præcepto Moysæ, *Non obligabis os bovis trituran-
tis*, probat non esse ministris Eu-
angelii neganda sufficientia, unde
vivere, seque & familiam alere pos-
sint, stipendia. Hunc præcipue sen-
sum secutus est, & exquisivit in
scriptis suis Philo; hunc secuti vi-
dentur Essæi, priorem verò Phari-
sæi. Anagogicus est, quum typi de
futurâ vitâ, in cœlis agendâ, & glo-
riæ, quæ isthic fideles manet, expon-
nuntur. Hunc interdum exqui-
runt etiam Judæi, ut quum hoc
ipso capite Salom. Jarchi, ex gemi-
no

Jod , quo scribitur vox יְצַר in versu 7. ubi de Adami creatione dicitur : וַיְצַר & formavit Dominus eum ex Adamum) colligit duplēcēm hominis creationem , unam cūm luto à Deo primūm formatus t, alteram בָּתֵּחֶת חֲמֹתִים , in resurrectione mortuorum . Hoc nempe dicit , duplēcēm esse hominis statim , alterum naturalem , & animam in hac vitâ , alterum supernaturalem in vitâ futurâ . Id quod postolus Paulus aliunde probat , mirum ex eo quod primus Adam dicitur factus ex pulvere (ac proinde χοινὶς) factusque in animam viventem נַפְשׁ חַי ; secundus vero Adam factus est εἰς πνεῦμα ξω- uγή , in spiritum vivificantem . Sensus uem hic ex Zohar proponemus , id primum potissimum genus pertinet , Allegoricum nempe sensum.

Porrò non est putandum , ea untaxat in Veteri Testamento

K 4 esse

224 EXERCITATIO

esse mystica & allegorica, quæ
Christo & Apostolis sunt in No-
vo Testamento explicata; neque
nobis jam licere exponere quid.
quam allegoricè. Illa certè ab ipsius
sunt exposita, ut gustum & speci-
men aliquod nobis præberent hu-
jus generis interpretandi, nobis
que hac in parte præirent, viam
que aperirent, modum, & ratio-
nem ejusmodi interpretationis
nobis demonstrarent, ut ad illam
normam, atque analogiam alia ad
Ecclesiæ ædificationem & institu-
tionem à piis, & fidelibus, S. Scri-
pturæ Interpretibus explicari pos-
sent, servatâ fidei analogiâ: neque
enim quicquam ei contrarium, aut
ab eâ dissentaneum, sed omnia
consentanea sunt proponenda. Si
quid enim adfertur, quod sit ana-
logiæ fidei adversum, minimèque
consentaneum, eo ipso tanquam
falsum, atque adulterinum redar-
guitur, debetque rejici: Scriptura
cñim

in secum ipsa non pugnat. Ut
quod in omni aliâ , sic vel maximè
allegoricâ Scripturæ expositio-
, hoc primò & præcipue caven-
tum est, ne quid sit falsum, & aper-
Scripturæ testimoniis atque di-
s, totique fidei analogiæ , & ad-
mirabili, (quæ in Scripturâ con-
cilia est) harmoniæ atque con-
cordiæ adversum , pugnans & dis-
tantaneum. Deinde , ne quid sit
paetum, violentum, contortum,
futile , & frigidum , sed aper-
m , planum , obvium , quodque
potè ex se fluat, cum antecedenti-
us & consequentibus aptè con-
nexum, atq; conjunctum, cuius o-
mnes partes invicem aptè inter-
cohærent & colligentur , ni-
hil ut dehiscat , & rimas agat, ni-
hil (ut in structurâ & ædificio ob-
servatur) extra normam, regulam,
tque perpendiculum promineat
exorbitet , aut à reliquis ædifi-
ciis , vel corporis partibus, incon-

226 EXERCITATIO

cinnè dissideat , atque separetur
Non est itaque in sensu illo perse-
quendo statim & temerè arripien-
da quælibet similitudo , quantum-
libet levis , frigida , contorta , vio-
lenta , arguta , ut ex eâ statim ty-
pum pro animi arbitrio configa-
mus , atque constituamus , sed o-
mnia sunt accurato & exacto at-
que climato judicio expendenda ,
& inter se componenda , ut ea aptè
consonent & cohærent inter se .

In exquirendo autem sensu alle-
gorico (ut & in totâ Veteris Te-
stamenti Scripturâ interpretandâ)
Judæi in eo præcipuè & longè gra-
vissimè peccant , quod typos , &
scripturæ dicta , ad verum Mes-
siam , veraque ejus membra , fideles
& Ecclesiam Christianam , ejusque
statum & conditionem spiritua-
lem non referunt , sed de suâ Syna-
gogâ , & commentitio suo Messiâ ,
dèque statu & conditione , seu fe-
licitate carnali & mundanâ , quam

ab

eo exspectant, malè & ineptè acciunt, atque interpretantur: quæ de vero Christo, ejusque Ecclesia, & mystico corpore accipiantur, non malè quadrarent, quæque abdicuntur, non raro commodis nè accipi possent. Secundò, in eo accant, quod ut plurimum nugas gutas consestantur, & leves, futilis, frigidas, coactas, violentas, ridiculas, absurdas, impias nonnunquam interpretationes obtrudunt, & mysteria explicantur ex apiculis literarum figurâ, numero, variâ colloctione, atque transpositione, alore, & per Gematriam זבא, & nescio quot alios artis suæ (seu otiùs *μαθηστικας*) Cabballisticæ, se pro animi libidine excogitatos & confictos modos, permutatione potius, quàm ex seriâ, attenâ, & sanctâ typorum antiquorum considerationem, atque meditatio- ne, quibus adumbrata sunt, & quasi velata ea ipsa, quæ à Prophe-

K 6 tis

228 EXERCITATIO

tis de Christo, verisque ejus Disci-
pulis & Sectatoribus prædicta fue-
re, quām typorum & oraculo-
rum Propheticorum harmoniam
& consonantiam, si perspexissent,
& considerassent Judæi, non sic à
verò aberrassent. Sed verè de illis
dici potest, quod Apostolus olim
de Gentilium Sapientibus dixit,
φάσκοντες εἶναι σοφοὶ δικαιοῦντος: item,
ἐμπλοιαί αὐτοῖς ἐν τοῖς διαλογισμοῖς ἀνταν-
κατέ οὐκοπίδη ή ἀσύνετος ἀνταναγδία.

Primi Ecclesiæ Christianæ Pa-
tres, & antiquissimi Doctores, toti-
etiam ferè sunt in consecrando
sensu mystico, atque allegorico;
sed in eo non raro peccant, quod
in typis explicandis partium sym-
metriam, aptum consensum &
harmoniam non satis attendunt,
sed quamlibet sàpè, quæ primò il-
lis sese offert inter typum, & rem
quam typo putant adumbratam, si-
militudinem & convenientiam, ut-
ut levem & evanidam, statim arri-

piunt,

unt; unde fit, ut allegoricæ eom expositioñes s̄apē evadant igidæ, coactæ, contortæ, violen-, aut verò admodum leves atque tiles. Eos, hac in parte, clausis luti oculis, sequuntur plerique odierni Ecclesiæ Pontificiæ Doctores atque Concionatores, in suis ad populum Homiliis, & scriptis moralibus, quosque Deponis vocant. Qui & in hoc non irò peccant, quod ejusmodi levius, & futilibus Allegoriis abutuntur ad comprobanda sua de religione Christianâ controversa dogmata, verbo Dei scripto & sanæ Evangelii doctrinæ contraria, aut non satis consentanea.

Unde factum, ut plerique Protestantium, atque Reformatorum Doctores & Theologi, erga istud interpretandi genus minus bene affecti sint, illudque penitus fermè ab usu Ecclesiæ & Scholæ rejece-rint, ita ut inter eos planè fermè

K 7 exo-

230 EXERCITATIO

exoleverit, atque in hujus rei defensionem vulgatum istud Scholæ, vetusque dictum & axioma huc trahunt, atque usurpare solent, *Theologia symbolica non est argumentativa.* Sanè dextrè & commodè acceptum dictum illud & Scholarum axioma longè est verissimum & certissimum, nempe, non est novum & inauditum aliquod Dogma, ad fidem, vel mores pertinens, tanquam ad salutem necessarium, ex solis typis & allegoricâ interpretatione procedendum, atque plebi Christianæ obtrudendum, sine manifestis S. Scripturæ testimoniis, & argumentis, ex simplici, genuino, & literali sensu deductis. At non inde conficitur, ea quæ jam aliunde ex Scripturæ literali sensu sunt plana, certa, manifesta atque in confessio, non posse etiam (ad Ecclesiæ & plebis Christianæ ædificationem) ex typis & allegoricâ interpretatione apta,

CON-

nveniente & commodâ illustra-
atque confirmari: neque id sta-
m rejiciendum est quod hoc mo-
confirmatur (modò, uti dictum,
non sit alienum vel dissentaneum à
estate & fidei analogiâ) eo dûtaxat
omine quod typo aliquo adum-
bratum , & allegoricâ interpreta-
tione proponatur , confirmatum.
Mò, quando est typi & retypo si-
gnificatæ (quæ ab analogiâ fidei
non dissentit) apta convenientia,
concors symmetria , & grata har-
monia,magnum est veritatis argu-
mentum,atque in ea convenientia,
ernitur suam Spiritus Dei (quo
uicti sunt sacri Veteris Testamen-
Scriptores) sapientiam, qui ejus-
modi Typis , quasi quibusdam sa-
ris imaginibus res futurâs tanto
nte tempore adumbravit , cedit-
que hoc ad majorem S. Scriptura-
um fidem , auctoritatem , com-
nendationem , atque veneratio-
rem; in quibus tam exacta harmo-
nia,

232 EXERCITATIO

nia, tam exquisita symmetria, tam admirabilis concordia Veteris & Novi Testamenti non inveniatur, nisi ab infinita Spiritus Dei sapientia, quæ ista omnia sic sapientissimè disposuit, S. Scripturæ essent profectæ. Sed (uti dictum) videndum est sedulò, ne quid sit in ejusmodi interpretationibus stultum, ridiculum, leve, futile, falsum, hiulcum, ac reliquæ Scripturæ adversum, repugnans, dissonum, atque dissentaneum.

Sed neque etiam propter rei abusum, res ipsa, hoc est, genus istud interpretandi allegoricum prorsus est rejiciendum, atque damnandum, ejusque usus omnis ex Ecclesiâ penitus est exterminandus; nec qui affertur sensus allegoricus, vel mystica interpretatio eo ipso statim est damnanda, ac cum supercilie rejicienda, quia est allegorica; sed juxta Apostoli præceptum, *Omnia probate, quod ba-*

*n est retinete, videndum est, an
oba & genuina, an verò secus sit
interpretatio illa: nam si ad regulas
pra positas sit conformata, cur
sicet? Nisi quis fortè velit ex-
tè asserere, nihil omnino jam
obis licere allegoricè interpreta-
, soli Christo, ejusque Apostolis,
ovi Testamenti sacris scriptori-
is, id licuisse, quia erant Ἰεόπνευστοι;
Obis idē jus non esse, quia non su-
mus unā cum illis Ἰεόπνευστοι. Sed pa-
ratione, eodemque argumento
robari posset, non alia propheta-
m Veteris Testamenti oracula,
e Christo à nobis adversus Ju-
deos adferri & urgeri posse vel de-
dere, præter ea quæ in Novo Te-
tamento à Christo, & Apostolis
jus, allata sunt & explicata: quod si
nemo sanus puto dixerit. Quod si
posterioris istud nobis, et si non
Ἰεόπνευστος, licet; quidni & illud no-
bis similiter licebit? Nonne in u-
troque genere, Scripturam expli-
can-*

candi formam, modum & ratio-
nem, suis explicationibus novi-
præbuerunt, & exemplo suo nobis
præiverunt? An ad allegoricum
magis quàm ad literalem sensum
exquirendum necesse est, esse ἡ-
πνευστὸν vel εὐθύτατόν; Certè si no-
bis non prævissent Christus &
Apostoli in explicandis tum typis,
tum Oraculis Propheticis, quæ de
Christo sunt, nobis in utrisque
qua necessariò hæreret; sed quan-
do in utroque genere exemplum
eorum habemus, possumus tutò
& securè illud tam in his, quàm in
illis explicandis sequi.

Cæterùm veterum Judæorum,
qui Christi tempora præcesserunt,
sive in hoc, sive in illo interpretan-
di genere scripta nulla hodie ha-
bemus. Eorum autem, qui post
Christi adventum aliquid scripse-
runt, tres omnino sunt libri, qui ab
hodiernis Judæis magnæ jactantur
esse antiquitatis. Primus est, qui

Rab-

ibboth dicitur, estque in quinque
ros Mosis, sive magnum, minus-
e, quod vocant, Pentateuchum,
commentarius totus allegoricus:
dem conscriptum volunt esse à
codam Rabba circa annum æræ
christi trecentesimum. Sed eâ de-
fides sit penes autores, qui ne-
ne ulla habent vetera & certa, ne
uidem gentis suæ (extra Biblica)
monumenta historica, & solent illi
hoc genere multa mentiri & se-
urè comminisci. Secundus est Zo-
har, totus item cabbalisticus, &
lysticus atque allegoricus in Le-
iem commentarius, quem scri-
tum jactant à R. Simeone F. Jo-
hai, R. Akibæ (Adriani Impera-
oris tempore) Discipulo, sed fal-
so; siquidem author libri Schal-
heleth, recens Judæus scriptor, ait
nihil à R. Simeone fuisse scri-
tum, sed ab ejus tantùm Discipu-
lo & Discipulorum discipulis, qui
post multos ab ejus morte annos
librum

236 EXERCITATIO

librum istum Zohar censentur
conscriptisse אל ליבא (uti loquun-
tur) ad mentem, & secundum sen-
tentiam Magistri sui ; hincque fa-
ctum esse, ut ab eo conscriptus fuis-
se dicatur. Tertius est *Talmud*, cir-
ca quingentesimum Christi annum
confectus, in quem tota Judæo-
rum paulò antiquiorum sapientia,
jusque tum civile & politicum,
tum sacrum & ceremoniale, atque
religiosum, Theologia denique
eorum de fide & moribus, si quid
præterea in Philosophiâ & Medi-
cinâ sciverunt, illud totum ab il-
lius libri authoribus in eum est
congestum.

Author Rabboth in hunc Mo-
sis locum meras agit nugas, nec
habet quidquam, quod expendi,
aut verò legi penè mereatur. Li-
ber Zohar paulò fusiorem adfert
loci istius explicationem allegori-
cam, quam impurissimo, & obscu-
rissimo stylo scriptam, Latinam,
ut

AD LOCUM ZOHARIS. 237
t potuimus, fecimus (atque hic
roponimus) proque virili Com-
mentario nostro illustravimus, &
uam licuit nobis faciem ei admo-
imus, ut quale de hoc Judæorum
cribendi genere judicium à Chri-
tianis debeat fieri, paullò certius
ac distinctius perspici possit. Ea
autem sic se habet ex Zoharis edi-
tione, facta Mantuae in quarto, an-
no æræ Christi 1559. sive ut illi
computant נק' זשה.

*Excerpta ex Zohar fol. 24. 6. Ad
locum Genes. 11. vers. 4. 5. 6.*

1. Hæ sunt generationes cœli &
terræ, &c. Ubi cumque scribitur
אלֹהִים (nempe cum תּוֹלְדֹת) profanan-
tur priora, (seu præcedentia) Et
hæ sunt generationes הָעוֹבָר וְהַזֶּה
significantur vers. 2. Terra erat וְהַזֶּה
Illa sunt, de quibus dictum est, quod
Deus benedictus creavit Mundos, & de-
struxit eos, ac propterea terra erat
Tohu vabohu, desolata & vacua.

Quo-

238 EXERCITATIO

Quomodo Deus creavit mundos
& destruxit eos? conveniebat enim
magis, ut non crearet eos: nempe
hoc certè arcanum est. Quid ei
illud *וְמַחֲרִיבֵנּוּ* *destruit eos?* Deus enim
benedictus non destruit opera ma-
nuum suarum, ut ne sint amplius, in cœlum
sed isti cœli sunt illi, de quibus
dictum est, *Cœli instar sumi evane-*
scent (Esai 11.6) Si ita est, Deus er-
go facit, & delet. Verùm dictum
illud est *μυστηρίων*, quando Deus
B. creavit mundum & creaturas. *Circum*
בָּאָרֶיְתָא *per Legem*, quomodo antè *רְאֵשֶׁת*
explicatum est ad vocem *בָּרָא*,
de quo dictum est, *Dominus possedit*
me initium viarum suarum, (prov.
viii.) & in isto *רְאֵשֶׁת* Deus crea-
vit cœlum & terram. & est con-
junctum illis in eo, propterea quod
ברית *בְּרִית אֹשֶׁר* scribitur in illo Et di-
ctum de illo (fœdere) *si non fœdus*
meum diei & noctis (Jer. xxxiiii.
29) suntque illi (cœli nempe) de
quibus dictum est, *Cœli cœlorum*
sunt

t Domini (Deut. x. 14.) Et est
ra viventium **כָּלִילָא** *composita* (vel
estans) ex septem terris ; de qui-
is Rex David dixit, *Ambulabo co-*
m Domini **בְּאֶרֶצֹת** *in terris viventium*
sal. cxvi. 9.) & creavit postmo-
m cœlum & terram super **תְּהִינָה** ; Neque est isthic fundamen-
m, quod est **בְּרִית fædus**, quod con-
ngitur illis , Propterea quæsivit
eus dare Legem Gentibus mun-
idololatris , quod est ipsum fœ-
is Circumcisionis; sed noluerunt
cipere illud , ideo remansit terra
cca & arida. Et hoc est quod di-
tur : Congregentur aquæ desub Cœ-
in locum unum, & appareat siccum.
illud congregentur aquæ significat
egem ; illud autem in locum unum
gnificat Israëlem: propterea quod
nimæ illorum pendent ab illo lo-
o , de quo scriptum est , Benedic̄ta
t gloria Domini de loco suo (Ezech.
11. vers. 12.) Gloria Domini est Di-
initas inferior ; de loco suo est Di-
vinitas

240 EXERCITATIO

vinitas superior. Et quia anima
eorum inde sunt, habitat super
eas verè Dominus, & de illis dic-
tur, *Portio Domini est populus ejus.* E-
h. c. quod dicitur, *congregentur aquae*
in locum unum. Lex autem est habi-
tatio mundi. Et quia gentes mun-
di idololatræ non acceperunt eam,
remansit illa (terra scilicet) sicca &
arida. Et hoc est quod dicitur
Deus B. creavit mundos, & destruxi
illos. Illi sunt, qui non servarun-
præcepta Sinai, nec sunt opera e-
jus, quomodo existimant filii ho-
minum: quare enim perderet fi-
lios suos, de quibus dicitur
בְּהַבָּרָא מֵאֶתְנָה בְּהַבָּרָא per He crea-
vit eos. Et isti sunt qui de Gentibus
mūdi fiunt proselyti, propter quo
excidit נְגֻדָּה parvum de Abraham, in
Aleph quintuplicatum quod est
He, quod est חַרְבָּה וִיבָשׁ desolatum &
aridum, desolatum in Domo priore
& siccum in Domo posteriore. Mo-
ses autem propterea quod quæsi-
vit

t adducere Proselytos sub alas
ivinitatis , putavitque quod es-
t de illis , qui creati sunt בְּהַ per
e , dedit in illis He Abrahami ,
erunt illi causa descensus , sicuti
etum est. (Exod. xxxii. 6) *Vade ,*
scende , quia populus tuus sese corru-
t , propterea quod non accepe-
nt He in timore § Jod , & in a-
more § He , descendit gradus ejus
qui est Vau: & descendit Vau
nà cum eo , ut ne periret inter
os , quia futurum est בְּרוֹאָרְגָּלְנָלָא in
cano (Galgula vel) rotæ , ut mi-
cantur inter eos in Captivitate ,
inter Vesperam magnam , quorum
nimæ sunt de latere eorum , de
uibus dictum est , quoniam cæli in-
ar fumi evanescunt . Et sunt illi ,
ro quibus Noë non intercessit ,
ictumque est de illis , & deleti sunt
e terrâ , propterea quod fuerunt
e illis , de quibus dictum est , De-
bis memoriam Amalec (Exod. xvii.
4) & Moses non cavit sibi ab eis ,

L fecit-

242 EXERCITATIO

fecitque cadere He inter eos ; indeque factum , quod non est ingressus in terram Israël , donec rediit "נ in locum suum. Propterea descendit gradus ejus , & descendit in eo Vau , & propter hoc "נ cecidit Vau, יוקם אלה זרמזה (α) explicatum est antea Van illud Mosis. Et propterea quod He parvum (He nominis Abraham , quod est vocis הנראת) imminutum est propter eum , dictum est de eo : צולין deducens ad dextram Mosis brachium magnificentiae suæ (Esa. LXIII. 12.) & eduxit eum inde in virtute ו Vau , & adduxit eum secum : statim habitavit super eum נ"י , & perfecta est gens , de qua dicitur ; Generatioabit , & Generatio venit (Eccles. 1. vers. 4.) Ecce autem , jam ante declaratum est , quod generatio non est minor quam LX myriades ; & hæc est illa Mosis , de qua dicitur quod una femina peperit LX myriades ex uno utero (vel , uno partu .) (α) יוקם possum videtur proזפ' . Porrò

Porrò quinque sunt species in
'esperâ magnâ : nempe Amaleci-
e, נָבְרִים, Raphaim, Nephilim, &
Anakim; & propter eos excidit He-
arvum de loco suo. Balaam &
alac fuerunt de latere Amalec.
Colle^{oy} de nomine בְּלֵעָם & בְּלֵק^{לְקַדְּשָׁה} de
eliquum est בְּלֵל; quia isthic confudit
omnis linguam totius terræ. Gen.
1.9. Et hi sunt qui relicti sunt de
lis, de quibus dictum est: & dele-
um est כָּל יְהוָה omne subsistens , i.e.
ipsorum. Et de illis qui relicti sunt
& eis in Captivitate quartâ , sunt
ræcipui in fœdere Sinai, & illi sunt
qui constituunt super Israëlem ar-
ma (vel instrumenta) violentiæ. De
is dicitur: *Et repleta est terra vio-
lentiâ à facie ejus.* Hi sunt Amaleci-
e. Nephilim, de illis dicitur: *vide-
ant filii Dei filias hominum , quod
sent pulcræ.* Hi sunt species se-
unda. De illis suprà dictum est,
quod cum quereret Deus B. facere
omnem, quum dixit, *Faciamus ho-*

L 2 minem,

244 EXERCITATIO

minum, &c. Amarunt eas, & Deus
B. ejecit eos infernè incatenatos.
Et hi sunt נָזֵר Ara, & נָזֵר Azael, de
quibus est anima eorum qui sunt
נְפִילִים, qui etiam causa ipsis fu-
erunt scortandi post fœminas, que
pulchræ erant. Ac propterea deje-
cit eos Deus de seculo futuro, ut ne
sit illis pars isthic. Et dedit eis mer-
cedem eorum in hoc mundo, sicut
dictum est, *retribuens osoribus suis in*
facie ejus ad perdendum eum, (Deut.
VII. 10.) גּוֹרִים Fortes sunt species
tertia, de quibus dictum est: *Isti sunt*
fortes, viri nominis, (Genes. VI. 4.) &
isti sunt de latere eorum, de qui-
bus dictum est: *Age, adificemus nobis*
urbes, & faciamus nobis nomen. Aedi-
ficant nempe sibi Synagogas &
Academias (vel Scholas) & ponunt
in eis librum Legis, & coronam su-
per caput ejus, sed non propter no-
men Dei, verùm ad faciendum sibi
nomen: hoc illud est quod dicitur:

Faci-

aciamus nobis nomen, (Gen. xi. 4.)
at de alio latere prævalent super
Israëlem, qui est sicut pulvis terræ,
& diripiunt eos, & fractum est o-
us. De illis dictum est: *Et invalue-
unt aquæ valdè valdè super terram.*

Raphaim sunt species quarta.
Quum vident Israëlem in oppres-
sione; מתרפֵן segnescunt, & quam-
is possint liberare, nolunt tamen,
& remissi sunt in Lege. Eorum ta-
men nonnulli sunt, qui in ea stu-
dent ad faciendum bonum cum
dololatris : de quibus dicitur
בְּכָל יִקְרָב Rephaim non resurgent,
Esa. xxvi. vers. 9. in tempore futu-
ro. Præceptum Israëli de illis da-
tum est, *Perdes omnem eorum memo-
riam*, Esa. xxvi. vers. 14. Anakim
sunt species quinta, quia isti con-
temnunt illos, de quibus dictum
est, עֲנָקִים torqueſ fauſibus tuis. Prov.
1. 9. De illis dicitur: *Rephaim repu-
rantur & ipſi ſicut Anakim*, (Deut.
II. v. 11.) æquipollent isti illis. Isti

L 3 sunt

246 EXERCITATIO

sunt qui converterunt mundum in
Tohu vaBohu, & dicti istius, *Terra erat*
Tohu vaBohu, mysterium (sive my-
sticus sensus) est : Desolata est do-
mus sanctuarii, quæ est fundamen-
tum & habitatio mundi. Statim at-
que venerit lux, quæ est Deus B. de-
lebuntur de mundo & peribunt.
Sed Redemptio non pendet nisi in
Amalec, donec delectantur, qui sunt
in eâ Gente. Atque hoc jam antè
declaratum est.

II. Alia explicatio horum ver-
borum : *Istæ sunt generationes cœli &*
terræ. Isti sunt, de quibus dictum
est, *Isti sunt Dii tui, o Israël, &c.* (Ex-
od. xxxiii. 4. In die quo deleti sunt il-
li sicut illi, eo die Deus fecit cœlum
& terram; & hoc est quod dicitur,
In die, quo fecit Deus cœlum & ter-
ram. In eo tempore fuit Deus B.
cum divinitate suâ (vel, cum Spi-
ritu suo sancto) & innovatus est
Mundus. Hoc est quod dictum est,
quia quemadmodum cœli novi & terra
nova,

ora, (Esa. LXVI. vers. 22.) Hoc illud est, quod his vocibus significatur, *In die quo fecit.* Eo tempore fuit Dominus Deus germinare de terrâ unum arborem visu delectabilem, &c. sed in principio, donec delecta sunt terra, non descendit pluvia Legis, & fraëlitæ, qui sunt similes herbis & rboribus, non germinarunt; quod mysticè significatur vocibus istis, *Et omne virgultum agri nondum erat in terrâ, & omnis herba agri, &c.* proterea quod non erat homo, qui sunt fraëlitæ in domo Sanctuarii, ad conditum terram oblationibus suis.

III. Alia explicatio. *Et omne virgultum agri.* Hic est Messias prior, *antequam esset in terrâ.* Et *omnis herba agri,* anteuam germinaret. Hic est Messias posterior. Et quare istud? quia non fuit thic Moses ad colendum Numen, e quo dicitur: *Et homo non erat ad colendum terram.* Et arcana loci istius, *Non recedet sceptrum de Iudâ;* Hic est Messias filius Dayid: neque

L 4 legis-

248 EXERCITATIO

legislator de pedibus ejus. Hic est Messias filius Joseph, donec veniat שילה Silo, Hic est Moses. Numerus istius est sicut illius, & ipsi erit congregatio popolorum ולו יקהת עמים literæ sunt ולו קהת & Levi Kehath.

IV. Alia explicatio. Et omne virgultum agri. Illi sunt Justi, qui sunt de latere Justi לעלמן ח' vivētis in secula. שיח' (hoc est, in voce ח' est vox ח' per literarum metathesim) ו' notat tres ramos arboris, & hi sunt tres Patriarchæ, & à vivente insecula. V. Alia explicatio. Et omnis herba agri. שיב' ב' שין' y' tria folia quo sunt גרע' ב' ש' אדרונדי & sunt rami, à quibus pendent in numero suo ב' y'. Omnes illi non continentur in loco qui est שכנתא, hoc est, numen (vel Spiritus sanctus) donec veniat ille qui est אָדָם, qui est ה' ז' ה', hocque significatur vocibus istis, וְאָדָם, & homo non erat ad colendum terram, ac propterea dicitur de eo, Et omnis herba priusquam germinaret, donec

ונכ germinet יְהִי Justus , & ab
ו veritas de terrâ germinabit , de
עו dicitur. Mittet veritatem in ter-
m, (Dan. viii. 12.) Et Discipuli
piacentum, qui sunt דשאַן gramina,
on germinant in Captivitate, do-
ec veritas de terrâ germinaverit.
Et hic est Moses, de quo dicitur, Lex
eritatis fuit in ore eius , quia nemo
uit ipsi similis , qui quæsiverit Di-
initatem. Ac propterea dicitur :
t homo non erat ad colendum. Sed
statim atque venerit , statim וְאֶרֶם ,
secundus Adam adscendet de terrâ.
אָדָם מִן אֱלֹהִים סָלֵךְ לִיהְיָה Adam de Ado-
mai, deest illi Vau , Eo factus est
Dominus totius terræ. Statim ,
rrigabat totam terræ superficiem. Ex
eo irrigantur Israëlitæ infernè per
facies (hoc est , modos expli-
candi) Legis. Alia explicatio. Et
vapor ascendebat de terrâ. Explicatio
eius Chaldaïca est, Nubes ascendebat
de terrâ, hæc est de quâ dicitur: Nu-
bes Domini super Tabernaculum , (Ex-

L 5 od.

250 EXERCITATIO

od. cap. ult. vers. ult.) Per eam irri-
gantur Discipuli Sapientum in ter-
râ hoc tempore.

Loci istius Zoharis Elucidatio.

Obscura sanè sunt ista, in qui-
bus plura videntur esse divinanda
& conjectanda, quām definienda,
aut certò asserenda: quam tamen
pro virili poterimus, commimo-
dam adferemus eorum explicatio-
nem. Quintuplicem ergò propo-
nit hic Autor loci istius Geneseos
mysticam sive allegoricam expli-
cationem. I. quā putat eos significa-
ri duplicem quandam à Deo fa-
ctam mundi cuiusdam mystici
creationem; geminumque designa-
ri à Deo factum mundum alle-
goricum. II. quā vult significari
Ecclesiæ & reipublicæ Judaicæ in
Lege per Mosen constitutionem.
III. quā Messiam, & quidem gemi-
num, vult hīc adumbrari. IV. quā
pios & justos vult significari. V. de-
nique,

ique, quâ Gentium & Judæorum
Iessiæ tempore unionem & con-
jugationem putat designari. Cui
extam, sed uno verbo subjicit, quâ
putat Legis usum in docendis ho-
minibus designari. Primam illam
explicationem fusiùs prosequitur;
in reliquis est multò brevior.

Ad primum ergo sensum illum
quod attinet, vult hoc & antece-
dente capite duplēm à Mose pro-
poni mundi creationem: alteram
præcedente capite his verbis, *In*
principio creavit Deus cœlum & ter-
ram; alteram his capitīs istius se-
cundi verbis: *Hæ sunt generationes*
cœli & terræ, &c. Quæ duplex crea-
tio non est intelligenda de geminâ
Mundi hujus materialis fabricâ,
sed de gemino mundi, seu homi-
num in eo, statu, atque conditio-
ne, ea nempe quæ præcedit Iessiæ
adventum; & altera, quæ futura est
Iessiæ tempore: quarum altera al-
teram est veluti abolitura & dele-

L 6 cura,

252 EXERCITATIO
tura, posterior nempe priorem,
hoc est, prior illa mundi constitu-
tio immutanda est, ut locum po-
steriori cedat. Probat autem istud
geminâ authoritate, prima vete-
rum Rabbinorum, altera scriptu-
ræ testimonio. Ad authoritatem
Doctorum quod attinet, duo ad-
fert eorum dicta, quibus id vult
significari. Alterum est quod dixe-
runt, *In omni loco ubi est אלה, ibi פסל profanantur priora.* Sensus est, his
Mosis verbis אלה תולדות haë sunt ge-
nerationes cæli & terræ, significari
quandam Mundi novam creatio-
nem, per quam antiquatur veluti
& aboletur prior illa, quæ signifi-
cata fuit à Mose, Capite præceden-
te, verbis illis, *In principio creavit Deus cælum & terram.* Porrò ex aliis
Judæorum in hunc locum Com-
mentatoribus (puta ex authore
רבי) sic est intelligendum illud ve-
terum Doctorum dictum, ut dis-
crimen sit inter אלה תולדות & אלה תולדות

וְאֵלָה תּוֹלְדוֹת: nam ubi occurrit וְאֵלָה copulâ Vau præfixa voci, וְאֵלָה, uod aliquoties occurrit in hoc ene seos libro, Capite nimirum x. Vers. i. & Cap. xxxvi. i.) volunt sequentia conjungi præcedentibus, hoc est, de eodem agi generationum genere; at ubi est וְאֵלָה, sine Vau copulâ (uti hoc loco) præcentia profanari, hoc est, immunda esse à sequentibus. Sic enim abet author Rabboth in hunc locum: *Dixit R. Abahu. Omnis locus quo dicitur וְאֵלָה, isthic פֶּסֶל profanatiora; ubi verò est וְאֵלָה, addit ad antecedentia. Hic quia dicitur וְאֵלָה, profanat præcedentia. Quid profanat? nem Tohu vaBohu, & Tenebras.* Hæc le: quibus hoc vult, Per istam creationem aboleri illud, quod significatum fuit per וְאֵלָה & כְּהוּ & Tenebras, quæ dicuntur fuissè super faciem abyssi, initio creationis. Alterum veterum Rabbinorum dictum, quo suam probat Zohar sen-

L 7 ten-

254 EXERCITATIO

tentiam, hoc est, Deus B. יְלֹמֵד וּמַהֲרִיבָן *creat Mundos*, & destruit eo.
quo dicto innuunt geminam quan-
dam mundi creationem, quarum al-
tera alteri cedit, & ab eâ quasi de-
struitur. Scripturæ dicta, quibus i-
dem confirmat, duo itidem sunt, al-
terum ex Mose, Capite præcedente
v.2. *Et terra erat תהו וּבָה inanis & va-*
cua : quo innuitur Mundum illum
esse à posteriore veluti abolendum.
Alterum est ex Prophetis desum-
tum, *Attollite oculos vestros versus ca-*
lum, & intuemini versus terram infer-
nè; quia cœli instar fumi נִמְלֵא evanescen-
(vel quasi sal dissolventur); & terra in-
star vestis veterascet. Esa. L I. 6. Quibu-
verbis apertè innuitur quædā
Mundi prioris destructio. Han-
destructionem non vult accipi d-
materialis & adspectabilis hujus
mundi abolitione: nam quomodo
(inquit) Deus B. crearet & abole-
ret eos; fatius enim erat eos non crea-
re. Item, Deus B. non destruit opera ma-
nus.

im suarum, ut non sint amplius. Item,
Deus ergò facit & delet? אל ואדי רוא,
אֲלֵא וְאָדֵי רֹא, sed reverâ arcanum hîc est:
em רֹא דְמַלָּה, arcanum vocis, h. e.
iectum illud Scripturæ mysticè &
egoricè est intelligendum de fi-
ratâ quadâ Mundi destructione.
e Mundo nempe illo, quem Deus
cavít בָּאָרֶתֶת per Legem (vel in Le-
(quemadm. ante explicatum fuit
הַוּכֶם בְּרִאָשָׁת, de quo principio di-
um est, Prov. viii. 22. Dominus crea-
it me רְאֵשֶׁת principium viarum sua-
um. Et in isto בְּרִאָשָׁת creavit Deus cœ-
um & terram, estque סְמִינֵץ לֹזֶן בֵּיהֶן con-
unctum illis in eo; propterea quod ברית
edus, habetur scriptum in ברא שׁוֹת. Hoc
ult, Mundum à Deo destruendum
llum esse, quem in Lege, seu per Le-
gem, creavit, populum nempe Ju-
daicum, veterem Dei populum
(Synagogam) quem Deus à reliquis
terræ populis selegit, sibiique in po-
pulum peculiarem delegit, quum
Legem suam Mosis ministerio ipsi
dedit:

256 EXERCITATIO

dedit: porrò creationem illam mysticè significari voce בראשית, in qua continetur vox ברית, quæ fœdus (nimirum Legale) significat; nam si de medio vocis illius tollas duas literas שׁ, remanebit ברית.

Cæterùm illud ראות, in quo Deus dicitur creasse cœlum, & terram, vult esse illud idem, de quo dicitur, Prov. VIII. Deus possedit me initio viarum suarum, quem locum sic accipit, quasi sensus ejus sit, Deum ab æterno decrevisse Legem Israëli dare, atque in eâ fœdus cum eo contrahere, quæ est prima mundi sui allegorici constitutio. Paulò melius veteres Ecclesiæ Christianæ Patres, qui locum Proverbiorum de Christo intellexerunt, & ἀξιώ utrobique significare volunt Christum, per quem Deus mundum initio creavit.

Porrò de hoc fœdere vult accipiendum esse dictum Jerem. xxxiii.

25. Si

.Si non fœdus meum noctis & diei;
quitur enim statim, Etiam semen
Job & Davidis ego repudiabo. Ubi
detur alludere ad affinitatem vo-
mī בְּרִיתִי fœdus meum, & crea-
; quasi Deus sic voluerit mysticè
nuere, se in fœdere illo creasse
em & noctem, hoc est, mun-
um, mundum nempe illum, de
uo versu sequente, Semen Iacob
• Davidis. De eodem mundo (se-
nime scilicet Jacobi & Davidis)
intelligendum esse vult dictum il-
lud, Cœli cœlorum sunt Domini, ter-
ram autem dedit filiis hominum. Psal.
cxiv. 16. Cæterū terra viven-
tium est כָּלִילָא composita (h. e. con-
tat) ex septentrione; de quibus di-
xit Rex David: Ambulabo coram Do-
mino in ארץות בְּאַרְצֹות terris viventium, Psal.
cxvi. 9. Videtur autem intelligere
per terrā viventium terrā Chanaan,
quæ data est Israëlitis possidenda,
in quâ fuerunt septem populi, sive
gentes, Chananæi, Pherezzi, Hevæi,
Hettæi,

258 EXERCITATIO

Hettæi, &c. (quas Deus inde detur bavit) quasi totidem terras sive regiones & Provincias, quibus constabat terra illa viventium, quam populo suo dedit incolendam.

Porrò in priore illo Mundo duas ejus veluti partes considerat, Gentes nimirum, quas Deus à fœdere illo suo rejecit, quasque propterea sic veluti destruxit, ut hic etiam in eo verificetur superius illud Doctorum dictum, *Deus creavit mundos, & destruxit eos.* Hanc Gentium separationem, & rejectionem, atque mysticam destructionem probat ex eo, quod prior Mundus dicitur fundatus על הארץ super vacuum; ait enim, *Et creavit Deus postmodum cœlum & terram* על הארץ, & non est isthic fundamentum, quod est בבריתRossin לן quod est illis conjunctum. Hoc vult, Lex, Fœdus Dei, est fundamentum prioris Mundi, sive populi Judaici: super quo fundamento Gentes non fuerant

fundatæ, quia Deus ab illo
exclere eas exclusit; ideo dicitur
Mundus fundatus עלי. Fœ-
autem illud dicitur סמך לוּ illis
conunctum, hoc est, peculiariter
dæis datum, propriumque illis
atum; quia (ut modò explicatum
vox ברית comprehenditur in
בראשית. Cæterùm illa Gen-
rejectio facta fuit non inju-
, sed justissimè, propterea quod
uit Deus quidem dare Gentibus i-
olatriæ Legem, quæ est fædus Cir-
ccisionis, sed noluerunt illud (fœ-
s) accipere; ideo remansit terra
ca & arida, Et hoc est, quod dici-
r: Congregentur aquæ desub cœ-
in locum unum, & appareat sic-
m, hoc est, quia noluerunt
entes suscipere signum illud fœ-
ris Dei, nimirum Circumci-
onem, quam Abrahamus ejus-
que posteri susceperunt, ideo ju-
ne sunt à Deo rejectæ, & exclusæ
ab illo fœdere. Verùm exclusio-
nem

260 EXERCITATIO

nem illam & rejectionem Gentium
à Deo factam , vult à Mose mysticè esse significatam verbis illis
*Congregentur aquæ in locum unum, et
appareat siccum.* Nam (inquit) illud
congregentur aquæ , significat Legem ; illud autem , in locum unum
significat Israëlem , propterea quod animæ illorum pendent ab illo loco , dico
quo scriptum est : Benedicta sit gloria Domini מוקד de loco suo (Ezech. 11.12) Gloria Domini εתתא תחתה divinitas inferior, de loco
suo est Divinitas superior: Et quia animæ
eorum inde sunt , habitat reverâ super
eos Dominus , atque de illis dictum est ,
Portio Domini est populus ejus, Et
hoc est quod dicitur : Congregentur
aquæ in locum unum.

Mens ejus est, per Aquas significari Legem ; per locum autem , in
quo congregatæ sunt aquæ , significari Israëlem , cui soli dedit Deus
Legem suam. Locum autem illum
mysticè significare Israëlem , inde
pro-

obat, quod Ezech. III. 12. scri-
ur: *Benedicta sit Gloria Domini de
o suo*, ubi *Gloria Domini significat*
inquit) divinitatem inferiorem,
loco suo, verò significat Divinita-
m superiorem, à quâ Divinitate
periore quia pendent animæ Is-
raelitarum, ideo dicuntur mysticè
gnificari per locum illum, in quo
int congregatæ aquæ, & ideo di-
tur Deus habitare super eos, ubi
idetur alludere ad id quod dici-
tur Genes. 1.2. *Spiritus Dei movebat*
se super aquas, tum etiam ad id re-
picit, quod *Spiritus Dei*, per
quem sanctificantur homines, vo-
catur à Judæorum Doctoribus
שכנתה, sic autem ab eis vocatur,
quia habitat in cordibus fidelium,
quæ habitatio adumbrata fuit per
Tabernaculum, in quo Deus cen-
sebatur habitare, propterea que di-
ctum est משב. quasi dicat, *habita-*
culum, scilicet Divinitatis. Animæ
ergò Israelitarum, hoc est, verè fi-
delium,

262 EXERCITATIO

delium , dicuntur pendere à Divinitate superiore; quia à Spiritu Dei in ipsorum cordibus habitante, sanctificantur , propterea que dicuntur esse *portio Domini*, Deut. xxxii. 9. Indeque est quod mysticè significantur per locum illum , in quo sunt congregatæ aquæ. Distinctio autem illa Divinitatis in *superiorem* & *inferiorem* sic videtur accipienda , ut per *superiorem* intelligatur ipse Deus , qui à Judæorum Doctoribus vocari solet *οἶκος locus*; unde est , quod voce illâ מִקְדָּשׁ apud Ezechielem dicit significari Divinitatem *superiorem*. Per *inferiorem* autem Divinitatem, videtur intelligere ipsos fideles , & Sanctos , qui in se habent Spiritum Dei habitantem. Ac nescio , an forte huc respexisse dici possit D. Petrus, cum ait, nos esse factos participes τοῦ Ιησοῦ φύτεως , quasi dicere vellet: Nos esse Divinitatem quandam, sed inferiorem, seu participatam,

m. Sensus itaque & mens Eze-
clis in his verbis, *Benedicta sit
gloria Domini de loco suo*, ex Zoharis
intentiâ. hic est: Justos, pios, & fi-
des Israëlitas, à Deo qui est in populo
quidam supercœlestis, per Spi-
rum Sanctum in eis habitantem
sanctificari, illisq; per eum benedici.

Rursus, quod Gentium separa-
tio à populo Dei, eorumque ex-
clusio ab ejus fœdere, mysticè ad-
nubrata sit per aquarum separatio-
nem à superficie terræ, inde confir-
matur, quod lex est יְשֻׁבָּא דַעַלְמָה *habi-*
tio terræ, (seu mundi) quam Legē quia
vates mundi idololatræ non acceperunt,
eò remansit terra sicca & arida. Ethoc
, quod dicitur: Creavit Deus B. mun-
is, & destruxit eos. Illi sunt qui non ser-
virunt præcepta Sinai, nec sunt opera
iis, quemadmodum putant filii homi-
nū; quare enim perderet Deus filios suos,
e quibus dicitur בְּהֶבְרָאָם, cùm crearet
iis. Sensus est, ubi non est lex Dei, ibi
non est habitatio, sed merum descr-
tum,

tum, illi sunt censendi inculti, deser-
ti, steriles, qui non habent veran-
Dei cognitionem, illi verò sun-
exculti, habitati, fœcundi, qui e-
sunt instructi, atque imbuti. Gen-
tiles itaque à fœdere Dei exclusi.
& verâ ejus cognitione destituti,
rectè censentur adumbrati per ter-
ram, quæ depulsis ab ejus superfi-
cie aquis remansit sicca & arida. Ista
Gentium rejectio est quasi quæ-
dam eorum destructio, de quâ in-
telligi potest illud veterum Rabbi-
norum, *Deus creavit mundos, & de-*
struxit eos. neque tamen dici potest
Deus destruxisse opera manuum sua-
rum, quia illi non sunt opera Dei,
ut vulgò existimari posset; Genti-
les enim illi sunt, qui non servarunt præ-
cepta Dei data de monte Sinai: nem-
pe, mali, impii, infideles, qui ta-
les non sunt opus manuum Dei,
sed soli boni, pii, & justi. *Cur enim*
perderet Deus suos, quos hic dicitur cre-
asse; בְּהִברָא cum crearet eos.

In

In quâ voce בְּחִרָּאָם magnum
tat hic Author latêre myste-
rum : namque legi posse putat
per He creavit eos: & isti sunt
מַתְנִירִין (quit) qui de Gētibus mundi,
ant proselyti , propter quos cecidit
parvum Abrahāmi in Aleph quin-
tin (vel quintuplicatum) quod est
le . Videtur hoc velle , Eædem
nt literæ vocis istius & no-
minis Patriarchæ אֶבְרָהָם transposi-
enim duntaxat duabus literis
& ה , vel invicem permutatis , ex
הֶבְרָהָם fit אֶבְרָהָם , præterea vox
tribitur per וְעֵד "ה He parvum ;
nod non est (uti putant Judæi)
ctum sine mysterio . Existimat
go Author ille , voce istâ בְּחִרָּאָם
gnificari mysticè Gentiles , qui
mplexuri erant religionem Judaï-
am , quique propterea dicuntur
c creati per He , juxta hanc le-
tionem בְּרָאָם per He creavit eos ,
. d. creavit eos Deus (vel creati
nt) in Abrahamo , quatenus
M scili-

266 EXERCITATIO

scilicet ejus posteritati sunt ad-
jungendi (surculi nimirum ex o-
leastro decerpti, inserti sunt truncō
nativæ oleæ , defraætis ejus natu-
ralibus ramis ; uti loquitur Apo-
stolus Paulus , Rom. xi. 17.) qui
Abraham hîc designatur tum per
"ה" (qui cest quinarii numeri nota,
qui que idem valet , quod א חמישאה
Aleph quinquies sumtum) positum
loco Aleph , quæ est prima nomi-
nis אברם litera , tum per id , quod
eædem sunt (uti dictum) utrius-
que vocis אברם & אברם literæ . He-
autem illud parvum est, ut eo my-
sticè significetur diminutio quæ-
dam facta in Judæis, sive in Israële,
qui factus est ויבש siccus & ari-
dus , & quidem חרב in domo , seu Tem-
plo priore ; שׁ verò in Domo posterio-
re , hoc est, sors & condicio eorum
miserabilis fuit in primâ eorum
captivitate Babylonicâ , sed mul-
to adhuc miserabilior in postrema
ista , in quâ jam sunt captivitate,
post

et destruetum à Tito Vespasia-
Templum secundum Ierosoly-
anum, ita ut jam videri possint
sicci & aridi, tanquam ra-
à suo trunko excisi: de quibus
Cristus in Euangilio Johannis
vit, quod palmes qui fructum
n fert, exscinditur, & aridus fa-
cis colligitur in fascem, & mitti-
tr in ignem.

Pergit author & Zohar, Moses au-
to propterea quod quæsivit (h.e. vo-
t) adducere Proselytos sub alas Divi-
nitatis, & putavit, quod essent de illis
creati sunt per He, deditque in illis
Abrahami, fuerunt illi causa de-
sis, sicuti dictum est: Vade, de-
nde, quia populus tuus se cor-
robit (Exod. xxxii. 6) propterea
eod non acceperunt He in timore &
perit, & in amore & He, descendit ejus
Iudus, qui est Van. Quibus verbis
detur hoc velle, Nomen Dei
Oprium & Tetragrammaton est
יְהוָה, quod scribitur tribus literis

M 2 diver-

268 EXERCITATIO

diversis, Jod, He, Vau; Moses autem, quia voluit, ut Gentes non secus atque Israëlitæ comprehenderentur in Dei fœdere, quod Deus volebat esse proprium Iudæorum, posteritatisque Abrahami, voluitque illud adumbrare per He parvum vocis רַבְרָאֵם (uti modò explicatum est) Gentes autem noluerunt accipere illud He in timore & Iod, & amore & He, hoc est, noluerunt amplecti fedus illud Deum cum vero & sincero amore & timore Dei, cuius nomen est Ιησοῦς, id est Deus illi succensuit, & iratus eum de gradu suo veluti dejecit, ejusque gloriam imminutam voluit, hoc est, voluit eum esse inferiorem Messianum, per quem populum suum erat asserturus in plenam & veram libertatem, gloriamque & honorem summum (quam Mosis & Messianum differentiam denotavit author Epistolæ ad Ebræos, Cap. 111.3) Hanc gloriæ Mosis immunitio-

tionem Zohar vult significam esse his Dei ad Mosen verbis: *vade, descende; quia populus tuus sese rrupit.* In eo autem collocare viatur gloriæ Mosis imminutioem, quod populus cui Deus Mo[n]s[ter]n præposuit, eique dedit Legis[t]orem, sese corrupturus erat per idolatriam; ideoque à Deo afgendus erat duplii Captivitate, scilicet in Babilonicâ, deinde diu in uno isto, in quo jam sunt à multis seculis, exilio; populus vero quem Deus Messiæ daturus est, potius erit fidelis, pius, & justus, propterea glriosus. Verba iaque Dei ad Mosen: *vade, descende,* &c. vult mysticè adumbrare corruptionem illam populi Judæi, propter quam Deus eum duplii Captivitate multavit. In eo autem, quod ait, Mosen quæsivisse adducere Gentes sub alas Divinitatis, hoc est, voluisse, ut in eodem uir Israëlitis comprehendenderentur

M 3 tur

270 EXERCITATIO

tur Dei federe , videtur respicere
ad id quod Moses scripsit in suo
Cantico , Deut. xxxii 1.43. *Exultate Gentes populus ejus* (vel cum po-
pulo suo) quæ sunt ultima Cantici
illius verba (in quo Moses aperte
prædicit Judæorum rejectionem
& Gentium in eorum locum vo-
cationem) quibus verbis futuram
Gentium vocationem innuit , eo-
rumque cum populo Judaico
conjunctionem , & unionem in
vero Dei cultu . Quid autem ait
gradum Mosis esse Vau , nescio an
fortè hoc velit , Mosis nomen re-
gulariter scribi debere plenè cum
Vau , sic : מוש . quod tamen nun-
quam sic scribitur , sed simplicitet
defectè sine Vau sic : מש . quo vi-
detur innui mysticè Mosis quæ-
dam imminutio , & descensus qui-
dam de gradu suo .

Quod autem subjungit : *Et Vau*
unà cum ipso descendit, quia non periret
inter eos (vel , ut ne periret inter eos)
quia

AD LOCUM ZOHARIS. 271

quia futurum est בְּרוֹאָדָגָלָנוֹלָא in arca-
Galgalæ, ut misceantur inter eos
Captivitate בֵּין עֲרָבָּרִב inter vespe-
m magnam, quorum anima est de-
tere illorum, de quibus dictum est,
uoniam cœli instar sumi evanescit;
intque illi pro quibus Noë non inter-
fessit, & dictum est de illis, deleti sunt
e terrâ (Gen. ix. 23) propterea quod
uerunt de illis, de quibus dictum est, De-
bis memoriam Amalec, Deut. xxv. 19.
Nescio an hoc fortasse velit, Non
uisse ita imminutam Mosis glo-
riam, ut prorsus perierit, sed dun-
axat unâ cum eo descendisse: Mo-
sis autem gloriam videtur hîc vo-
are populum Judaicum, qui non
quidem periit in captivitate, sed
n eo tantum est imminutus quod
stlic commixtus est cum Genti-
bus impiis & profanis, inter quas
versatur, quasque vocat בֵּין עֲרָבָּרִב Ves-
peram magnam, quia vult eas fui-
se adumbratas per Tenebras il-
las, quæ Gen. 1, 2. dicuntur fui-
se

M 4 se

272 EXERCITATIO

se super faciem Abyssi , quæ tene-
bræ ideo dicuntur *Vespera magna*,
quia sunt Vespера illa, quæ præces-
sit Lucem primigeniam; de quâ Ve-
sperâ dicitur Gen.1.5. *Et fuit vespera,*
& fuit mane, dies prima. Vespera nem-
pe prima illius diei aliud non fuit
quam tenebræ , seu nox veluti illa
perpetua , quæ præcessit primam
Lucis creationem. De mundo il-
lo impiorum allegorico, qui à Deo
perdendus est , intelligi vult lo-
cum illum Esaiæ suprà jam non
semel laudatum, *Cæli instar fumi e-
vanescunt;* item illum, *Delebis memo-
riam Amalec :* siquidem Amalecitæ
eo loco proponuntur tanquam ty-
pi impiorum à Deo destruendo-
rum , ut & illi qui Diluvio absor-
pti sunt ; de quibus etiam dictum
est , *Deleti sunt de terrâ* , & pro qui-
bus Noë non intercessit , quia in-
vitationi ejus ad pœnitentiam non
paruerunt. Illi , inquam , omnes,
& eorum similes (de quibus
mox)

ox) perdendi à Deo , & tene-
is, quæ primam præcesserunt lu-
m , adumbrati, sunt mundus il-
prior à Deo destruendus , ex
ente authoris & Zohar. Duplex
mirum videtur ab eo statui
undus prior, & quidem uterque
destruendus. Unus est impiorum,
per Tenebras & Vesperam ma-
nam adumbratorum ; ut & per
malecitas, & homines, qui à Di-
vio absorpti sunt. Alter est po-
uli Israëlitici, sive Reipubl. & Syn-
agogæ Judaicæ : quæ respectu il-
ius Ecclesiæ , quæ futura est tem-
ore Messiaæ , & prior est eâ tem-
ore , & destruenda ; quia tum in
celius est commutanda.

Addit deinde ille: *Et non cavit sibi*
Iosæ ab eis , sed fecit cadere He inter
os; unde factum est , quod non est in-
ressus in terram Israël , donec rediit
te in locum suum. Propterea descendit
radius ejus , & descendit in eo Van , &
propter hoc He cecidit Van , יקם לה רטשה ,

M 5

רְמַשָּׁה

quia præcedit illud Vau Mosis. וְרַכֶּשָׁה

Et propterea quod He parvum. He, (inquit) אֶחָד Abraham, quod est vocis, diminutum est, propter illud dictum est de eo, מִלְּךָ deducens ad dextram Mosis brachium decoris sui, &c. (Esa. LXIII. 12) & eduxit eum in virtute וְVau, & adduxit eum secum, statim שְׁרֵי habitavit super eum נִי, & perfecta est gens, de qua dicitur: Generabit, & generatio venit (Eccl. 1, 4.) וְהָא אָזְמֹוּה, ecce autem jam ante declaratum est, quod generatio non est minor, quam LX myriades, & est illa Mosis, de quo dicitur, quod una femina peperit LX myriadas ex uno utero.

Suprà jam ostensum est, quid sibi velit author iste, quem ait, Mosen fecisse cadere He; item quid significetur per Mosis descensum, & per descensum וְVau in eo; quid item significet He parvum in voce הַבְּרָאָם, unde quis jam percipere potest, quid sibi hîc velit, quem ait; Moses non cavit sibi ab eis, nempe

nempe Gentibus , quas voluit
im Israëlitis in eodem Dei fede-
re comprehendere , cum in Canti-
o suo prædictit earum vocatio-
em ad communionem Dei , ut
natus ejus populus , per quam Gen-
tium vocationem facta est Judæo-
um rejectio , & eorum quædam
nminutio adumbrata per He par-
um vocis **הבראם**. unde etiam est
quod Mosis gloria longè sit infe-
rior gloriâ Messiax , & populi Mes-
siax gloria major quam Judaici.
Hinc etiam est , quod & Moses , &
populus ille prior , qui ex Ægypto
egressus est , non ingressi sunt in ter-
ram Chanaan , donec rediit in lo-
cum suum , nempe , quum ex voce
הבראה rediit ad vocem **אברהם** (unde
per Metathesin translatum erat)
hoc est , Vetus ille populus Judæo-
rum non est factus particeps veræ
benedictionis , & hereditatis cœle-
stis , adumbratæ per terrestrem
Chanaan , nisi quum pater eorum

M 6 Abræ

Abraham factus est reverâ Abraham, hoc est, אָב הַמִּין pater magnæ multitudinis, pater nimirum credentium in Christum; atque ita federi legali, per quod (uti suprà dictum est) creatus fuerat populus ille prior, successit fedus Euangelicum in Christo ejusque fide fundatum, per quod factus est Abraham, pater magnæ multitudinis. Hoc mysterium innuere voluit Scriptura, quum notat populum illum priorem, qui ex Ægypto egressus erat (Synagogæ typum) ejusque ducem Mosen, non esse ingressum in terram Chanaan; sed posteriorem populum, qui ex illo natus est (Ecclesiæ Christianæ typum) ejusque ducem Josuam Christi typum.

Quod autem ait, *Propter He cedisse Vau, quia præcedit τὸ Vau Mosis,* videtur significare, Mosis gloriam Christi gloriâ esse longè minorem; quia Christus reverâ Mosen præcedit,

dit , siquidem est ante ipsum
brahamum, imò ab æterno. Hæc
tem gentis Judaicæ diminutio,
que rejectio in Christi adventu,
mysticè significata per He
breum vocis הבראם) prædicta fuit , ex
zoharis mente , ab Esaia , Cap.
xiiii, 12. his verbis: *Deducens ad
extram Mosis brachium decoris sui.*
Semper brachium illud decoris seu
magnificentia Domini est Messias
Esa. L I. 9. & L II. 10.) Dominus
Ioster Jesus Christus , qui adstitit ,
atque adfuit Mōsi, quum ejus
perā & ministerio populum illum
eterem eduxit ex Ægypto, secum
ue adduxit in desertum , perque
illud deduxit , ubi nubes (typus
תְּרוֹבֵשׁ Majestatis divinæ , vel Spi-
ritus Sancti , per quem Deus habi-
at in medio populi sui) obum-
bravit populum illum, deduxitque
eum : de quo populo Salomon
ixit, *Generatio unaabit: & generatio
lia venit* , quo significatur duplex

M 7 gene-

278 EXERCITATIO

generatio, sive Populus, prior nempe, qui ex Ægypto egressus est, abiit, periit in Deserto; posterior verò populus ille est, qui ei successit, quique in terram Chanaan intromissus est à Josuâ. Quod autem ait: *Iam ante declaratum est, quod Generatio una non est minor quam LX. myriades*, eo significat, Salomonem loco modò laudato ex Ecclesiaste, intellexisse per Generationem, illa sexcenta hominum millia, qui egressi sunt ex Ægypto sub Mosis ductu, qui propterea dicitur genuisse uno veluti partu LX myriadas; quia unâ nocte tot homines eduxit ex Ægypto, & in libertatem asseruit, quasi in dias lumenis auras ex tenebris miseræ servitutis.

Subjicit deinde Zohar: Porro quinque sunt מיני species (hominum) in Vesperâ magnâ; nempe Amalecites, in נפחים, Rephaim & Anakim. Quiibus innuit, quinque esse in gente

mente Judaicâ improborum atque adulterinorum Judæorum genera, quos vult esse adumbratos illis quinque diversis hominum genibus, qui in scripturâ nobis pronuntur tanquam typi & exemplaria impiorum, nefariorum, prænorum, & à Deo maledictorum omnium, quos dicit esse *בָּרְכָּה inesperâ magnâ*, quia sunt pars Gentium à Dei federe exclusarum, quas suprà diximus adumbratas uiisse (ex Zoharis mente) per teuebras illas magnas, quæ præcesserunt mundi creationem, & lucem primigeniam. A quo *רַב* dictus est Græcis *Ἄρες*. Est enim illis aoud Hesiodum *Ἄρες πύξ τε μελαίνα*, idem planè quod hic *רַב*, dicuntur nempe ab Hesiodo ex *χάος οὐρανός*, prognata esse ex chao. Dicit Zohar, propter has quinque species excidisse He parvum de loco suo, quia propter illa quinque adulterinorum Judæorum genera, vel propter

propter Gentium vocationem ad Christum, per Metathesin פְּנַחֲד וְפְּנַחֲדָה in voce זְבָרָם adumbratam, imminuta & obscurata est gloria populi Judaici, factaque est major populi Christiani, quam Judaici, gloria. De Amalecitarum latere (a) (hoc est, non stirpe & progenie, sed morum & vitæ similitudine) vult fuisse Balac & Balaam, quibus adumbratos esse vult *in captivitate quartâ præcipua capita infedere Sinai*, qui קִמְנֵן בְּקִיּוֹם סְנֵי *constituunt super Israëlem instrumenta violentiæ*, quibus innuerre videtur Doctorum Talmudicorum decreta, Traditiones & Constitutiones, vel saltem rigidum, durum & Tyrannicum imperium, quod per ejusmodi Constitutiones & decisiones Magistrales exercebant in populum Judaicum ejus Doctores & Legisperiti, qui dicun-

(a) *Thrasis est illi similis, qua est Sap. II. 24. in τριμετέος ἀξίᾳ οὕτε.*

ntur ab eo רישׁ *præcipui in federe*
mai in Captivitate quartâ, quia sunt
legis Mosaicæ Doctores, post A-
rianus Imperatoris Romani tem-
pora, sub quo post devictum כוֹיְבָא
debellatos tumultuantes Judæos,
quarta fuit & longè maxima in
unc usque diem populi illius Ca-
tivitas. Nam prima fuit Ægyptia-
na; secunda, Babylonica; tertia,
ib Vespasiano; quarta, sub A-
riano. Nisi quis malit quartam
Captivitatem eam intelligere,
uam volunt initio Musulmani-
ni, circa Annum Christi 700. vel
oo. contigisse, quum è partibus
Orientis per Mahometanos eje-
ti sese in partes Occidentis in A-
ricam & Europam inter Christia-
nos receperunt, totamque penè
Hispaniam, Galliam, Italiam, Ger-
maniam, Angliam, &c. olim im-
pleverunt. Porrò hinc videoas non
satis bene convenisse inter Talmu-
dicos & Cabballisticos Doctores,
quando-

quandoquidem iste sic contumeliosè, & invidiosè de illis loquitur, nempe, alii alios contemnisse, & quique suum studium aliorum studio prætulisse videntur. Amalecitas autem ponit primo loco, tanquam typum & exemplum impiorum; quia gens illa in scripturâ præponitur per Mosen, tanquam mirum in modum Deo & populo Judaïco exosa, quia illis ex Ægypto recens egressis, atque in deserto fame & siti defatigatis, bellum movit, cuius propterea memoriam Deus ab Israëlitis vult deleri desub cœlo, Exod. xvii, 14. & 16. Unde etiam est, quod postmodum jussus est à Samuele Saul profici aduersus Amalecitas, eosque internecione penitus exscindere. Eâdem de causâ videtur Balacum & Balaamum in typum etiam & exemplum impiorum proponere; quia in scripturâ proponuntur tanquam insigniter improbi, & popu-

Israëlitico jure merito mirum
modum exosi , utpote qui stu-
uerint illi maledicere , & scandalū
li in Idolothytis & scortatione
bjicere . Quod autem ait , si de
בְּלַעַם ollantur ultimæ literæ וָיָהִי , & de
בְּלֹא tollatur prima & ultima litera ,
iempe בְּבָבָה , quod supereft esse
quia confudit ibi Dominus linguam totius
erre , respicit , & alludit ad histo-
riam exstructæ turris Babylonicaæ ,
videturque significare eos , quos
per Amalecitas vult esse adumbra-
tos , improbos nimirum sui tem-
poris Judæos , & præcipuos in fe-
dere Sinai , esse veluti stirpem , &
quasi sobolem eorum , qui turrim
Babyloniam exstruxerunt , hoc
est , esse illis similes moribus , &
ingenio , vitæque instituto , adeo-
que & istorum opus Talmudicum
esse illorum operi , turri scilicet Ba-
bylonicaæ , non absimile , utrobi-
que nimirum mira est confusio ,
proin-

proindeque parem vindictam & simile judicium à Deo exspectare eos debere, dissipationem nimirum & disturbancem operis sui. Idem etiam vult innuere, cum subjicit, *Hi sunt qui relicti sunt de illis, de quibus dictum est, Et delevit כל היקום omne ἵψασθαι Genes. VII. 23.* Nempe eos esse similiter Deo exosos & invisos, quomodo fuerunt illi, qui Diluvio absorpti sunt, & penitus de terrâ deleti.

Nephilim נְפִילִים sunt species secunda improborum & flagitorum, quos in typum & exemplum proponit in priore mundo allegorico, quem Deus perdidit. Hos Nephilim (de quibus Gen. vi. 4) vult esse Angelos, qui à suâ origine defecerunt, lapsique sunt. De his fabulatur, quod cùm Deus vellet hominem creare, proposuisse animo, eum etiam supra Angelos evchere, illisque omnibus eum præficere atque præponere (quo-

quomodo Iosephus in Ægypto
ærerat omnibus à se præpositis
per annonam) nempe juxta
al: viii. 7. 8. Unde isti invidiâ
hominem moti , eum apud
eum accusarunt , his Psalmis ver-
is: *Quid est homo, quod sis memor*
lius ; & filius hominis כִּי תִפְרֹנָה q. d.
quod præficere eum nobis velis ? Filius,
i quam , hominis qui mox pec-
aturus est adversus te. *Quibus Deus*
espondit: Si vos essetis infernè sicut ipse,
os amplius peccaretis quam ipse , hoc
st: si vos simili obnoxii essetis
cum eo temptationi, eaque vobis, ut
lli, objiceretur, vos non essetis eo
ortiores , atque constantiores.
Quod ut verè esse comprobare-
ur , scriptura mox notat . Et vide-
unt filii Dei filias hominum , quo si-
gnificatur Angelos illos captos esse
amore , & deceptos formâ atque
elegantiâ filiarum hominum ; un-
de factum , ut Deus eos de cœlo
præcipitaverit בְּשַׁלְשָׁלָן concatenatedos ,
seu,

seu vinculis constrictos (unde est,
ut hoc obiter notetur , illud 2.
Petr. 11. 4. σερφῖς ζόφε περπατῶσας , &
illud Judæ , v.6. δεσμοῖς αἰδίοις ἵνω ζό-
φον τετήρηκεν .) Horum autem Prin-
pes ac veluti Duces duo fuerunt,
nempe נִיר Aza & לְאֵל Azaël , de
quibus est anima eorum qui sunt
vesperæ magnæ, hoc est, ab illis in-
fetti & fascinati sunt homines im-
pii & profani , qui sunt malorum
Angelorum veluti progenies & so-
boles quædam (juxta illud Christi
ad Pharisæos & Iudæos incredu-
los , Pater ex quo prognati estis , Dia-
bolus est. Ioh. viii. 44.) & ab illis
illecti atque pellecti sunt ad scor-
tationem , quomodo & ipsimet
prius fuerant ad scortationem pel-
lecti: Ac propterea Deus exclusit
impios à seculo futuro , ne sit illis
in eo pars ulla , utpote qui mer-
cedem eorum dat ipsis in hac vitâ ,
juxta illud Deut. vii. 10. Reddens
osoribus suis statim , nec ultra differt:

Sic

S & David de impiis loquitur
Pl. xvii. 14. *Portio eorum est in
vita, de abditis tuis bonis imples
utrem eorum.*

Varia h̄ic ab Authore isto pec-
centur. Nam 1. Nephilim vult esse
angelos bonos, sed qui sic excide-
rint ab origine suā: cum revera-
utiūs fuerint homines Apostatæ,
e stirpe & posteritate Seth, in
cuius familiā conclusa erat Dei
ecclesia, fedus ejus & spes, at-
que promissio salutis: unde filii
Dei dicti sunt, quia verus Dei cul-
lis inter eos fuit. Cùm Caïn, ejus-
ue posteri, à Deo resecti, fue-
nt extra Ecclesiam, & spem sa-
litis: quia vel Deum nesciebant,
vel adulterino cultu eum venera-
bantur; dicunturque propterea
nulli hominum. 2. Quòd vult eos
mulierum amore captos, atque
formā & elegantiā earum esse de-
ceptos, & ad consuēscendum cum
illis esse pellectos: porrò hanc de
Angelis

Angelis mulierum amatoribus
sententiam à Judæis hauserunt
proculdubiò nonnulli Patres Ec-
clesiæ Christianæ, qui in eâdem
fuerunt cum illis hac in parte hæ-
resi. 3. Quòd eos velit hominem
apud Deum accusasse; cùm illud
extra veri speciem sit, & scriptura
de eo planè taceat. Nam cætero-
qui Diabolum invidiâ adversus
hominem motum (ex eo quod
Deus illum præposuisset omni ope-
ri manuum suarum) primùm pec-
casse hominem ad defectionem
sollicitando, non fuerit fortasse à
vero alienum, & videtur id sensisse
author Sapientiæ, cum ait Cap. II.
24. *Invidiâ Diaboli mortem ingressam
esse in mundum.* 4. Psalmum octa-
vum de primo Adamo accipit at-
que intelligit; cùm de secundo A-
damo, Christo nempe, propriè sit
acciendus, in cuius personâ ná-
tura humana verè, maximèquic
propriècta est supra omnia Dei
opera,

oera, etiam ipsos Angelos. Por-
quod Angelos istos reliquo-
m malorum duces vocat נִזְבֵּן &
יָמִין, illud est ab יָמִין, quatenus non
rtem, & validum, sed darum &
apudentem significat, ut illi sic di-
ci sint ab ipsorum adversus Deum
apudente & obstinata, atque
ontumaci insurrectione, atque
ebbellione.

Tertia species malorum homi-
num illi sunt, qui ibidem (Gen. 6.
.) dicuntur כּוֹרִים fortes, seu Po-
ntes, vel Gigantes, & שָׁנִינִים viri
minis, hoc est, quorum magna
fama, qui in magnâ erant exi-
minatione; in eo nempe similes
lis, qui turrim Babylonicam ex-
ruere voluerunt, ut facerent si-
i nomen in terrâ, hoc est, ma-
nam pararent sibi famam. Per hos
ult adumbratos & significatos
uosdam sui temporis malos &
erversos Judæos, qui pietatem si-
nulabant ædificando suis sumtibus

N &

290 EXERCITATIO

& impensis Scholas atque Synagogas, easque instruendo libris sacris pulchrè & magnificè ornatis, & hoc non propter Dei nomen, hoc est, ex vero Dei amore & zelo, sed *ut faciant sibi nomen*, hoc est, ut gloriam hominum atque laudem au-
cupentur, & famam sibi parent. Interim pietatem sic simulantes re-
vera prævalent supra Israëlem, qui est
sicut pulvis terræ, & diripiunt eos.
hoc est, fratres & populares suos Judæos per vim opprimunt, & fa-
cultatibus suis spoliant (multi sunt istis in Ecclesiâ Christianâ similes)
unde fractum est opus eorum, hoc est,
quomodo à Deo dissipatum est o-
pus eorum, qui turrim Babylonici-
am exstruxerunt; sic & hominum
istorum opera & consilia franget
atque disturbabit Deus. Carpit sic
procul dubio quosdam sui tempo-
ris Primores inter Judæos, qui ni-
hil minus erant, quam quod vide-
ri volebant pii, justi, & sancti. De
illis

lis etiam dictum est (Gen. vii,
8.19.20) invaluerunt aquæ val-
è super terram, hoc est, Hominum
torum violentia mysticè adum-
rata & significata esse videtur
erbis illis Mosis de aquis Diluvii,
valuerunt aquæ valde, quia isti ho-
mines potentiam suam, favore, & o-
ibus suis abutentes , violentiam
& oppressionem, tanquam diluvio
uodam, fratres & populares suos
uasi inundarunt atque obruerunt.
Quarta species sunt רֶפָאִים Rephaim,
uibus adumbratos esse vult ma-
bos illos & infidos Judæos , qui
uum vident Israelem, hoc est, popu-
larem aliquem suum ab aliis (Gen-
ilibus) oppressum, מַתְרֵפִין negligunt
os, & quamvis liberare eos possint, no-
unt tamen, Mosi hac in parte longè
lissimiles , qui Aegyptium Israë-
itam percutientem interfecit. re-
nissi etiam sunt, atque desides in studio
legis. Ex eorum tamen numero quidam
sunt, qui in ea student ad faciendum

N 2 bo-

292 EXERCITATIO

bonum cum Idololatris, hoc est, (uti
videtur) licet sint professione Ju-
dæi, vivunt tamen & versantur
cum Gentilibus, eorumque mori-
bus, atque consuetudinibus, sese
accommodant atque inflectunt.
De istis dictum est רפאים לאיקומן Rephaim non surgent (Esa.xxvi.14) ut
laudent te, quod dictum in tempore fu-
turo, hoc vult, loci illius Esaïæ sen-
sum hunc esse, An olim aliquando
surgent Rephaim, ut te laudent. Ni-
mirum Judæi credunt, Messiaë tem-
pore omnes bonos Judæos resur-
recturos & eructuros è terræ vi-
sceribus in vallem Josaphath, per
rimam quandam, quæ tum fiet in
monte olearum, prope Jerusalem.
Impios autem & improbos unà
cum piis & probis non putant esse
resurrecturos, sed in perpetuis
mansuros tenebris. Atque huc tra-
hit Author iste locum hunc Esaïæ,
רפאים Rephaim non surgent, quâ voce
non omnes omnino mortuos vult
in-

itelligi, sed desides, remissos, & gnatos istos Judæos, quos vult es adumbratos per impios illos homines, qui in scripturâ appellantur *Rephaim* (his similes sunt inter christianos, quos Christus in *Apocalypsi* vocat *tepidos*, qui nec calidi sunt nec frigidi, quos minatur ore, ut evomat ex ore suo) Porrò ræceptum esse ait Israëli datum de perendis & delendis prorsus istis *Rephaim*, erbis Esaïæ immediatè sequentius, propterea præcepisti & destrues os, & perdes omnem memoriam eorum, hoc est, Præceptum dedisti erdendi & destruendi. Hoc igitur vult, Ex isto Esaïæ loco lique, Rephaimos unà cum Amaleciis proponi tanquam typos impiorum Judæorum, qui non sunt resurrecti tempore Messia, & præceptum datum Israëli de excindendâ Amalecitarum memoriâ, esse documentum de æterno, quod impios homines manet, excidio.

Quinta

Quinta species sunt עֲנָקִים Anakim, de quibus nihil aliud dicit Zohar, nisi quod isti similes sint Rephaimis, quod ait significatum esse isto scripturæ dicto, Rephaim reputati sunt & ipsi sicut עֲנָקִים Anakim, Deut. 11, v. 11. Atque istis adumbratos esse vult Judæos illos, qui contemnunt eos, de quibus dictum est לְגַנְגֵתֶן עֲנָקִים, torques fauibus tuis, Prov. 1. 9. hoc est, qui contemnunt eos, quibus pietas & lex Dei cordi est & in precio. Isti sunt (inquit Zohar) qui converterunt mundum in Tohu vaBohu, & arcanum vocis, desolata est domus Sanctuarii, & terra erat Tohu vaBohu, quod est fundamentum & habitatio Mundi. Hoc videtur velle: Impios, quos vult esse adumbratos per quinque illos hominum impiorum varias species modò enumeratas, causam esse cur mundus sit aliquando à Deo destruendus, & veluti in antiquum suum Chaos redigendus.

gendus. Et sanè Mundi hujus
ltima destructio futura est, ob
ominum summam impietatem,
uam Dei justitia non poterit am-
liùs ferre. Vel hoc vult, renova-
um iri mundum, seu Ecclesiam
udaïcam, per Messiam, propter
imiam ejus corruptionem, quæ
um futura est: plena nempe erit
um malis & perversis Judæis, quos
icit adumbrari per quinque illas
uprà enumeratas impiorum ho-
nium species. Et sanè cum Domi-
nus noster Jesus Christus venit
auc in terras, non Ecclesia Judaï-
a modò fuit longè corruptissima,
ed & totus reliquus Mundus ja-
ebat in malo, & ad summum cor-
ruptionis (tum in moribus, tum
in doctrinâ & religione, per Ido-
olatriam, quæ tum ubique obti-
nebat) culmen pervenerat, ut o-
pus planè fuerit innovatione illâ,
quæ à Christo est introducta. Hanc
mundi desolationem, seu horren-

N 4 dam

296 EXERCITATIO

dam hominum corruptionem (ut
& Templi Hierosolymitani ever-
sionem) vult mysticè adumbratam
esse per illud וְהַנָּה, de quo ini-
tio Geneseos, & quo denotatur
confusio rerum omnium, quæ fuit
olim in primâ illâ mundi materiâ,
sive Chaos. Contrà verò Templi
& Politixæ Judaicæ ~~sunt~~ atque con-
stitutio fuit veluti ~~אֶרֶץ~~ fundamen-
tum, & quasi quædam Mundi hu-
jus habitatio: itaque everso illo
Templo, eversâ illâ politiâ & Rep.
Israëlis, censendus est hic Mundus
quasi eversus, destructus atque de-
solatus; tum autem de novo quasi
habitabitur, quum ista per Mes-
siam instaurabuntur. Quæ si de
innovatione Ecclesiæ à Christo
per Euangeli prædicationem factâ
intelligantur, verissima sunt, sen-
sumque habent commodissimum.
Nam quanta fuit mundi, adeó-
que & Ecclesiæ Judaicæ, quum
Christus in terras venit, spiritualis
de-

esolatio , sive corruptio , quanta
er Euangelium facta est illius in-
tauratio, atque innovatio ?

Addit Zohar , *Statim atque ve-*
erit lux , quæ est Deus B. debuntur
e Mundo & peribunt , omnes nimi-
um impii & improbi illi , de qui-
us hactenus est dictum , Sed פורקנָה
Redemptio (illa nempe , quam Judæi
suo Messiâ exspectant) nonnisi
endet in Amalec , donec deleantur
qui sunt in illâ Gente : atque hoc ante
declaratum est . Ubi illud declara-
verit Author iste , nondum de-
prehendi ; non enim est mihi hac-
enus lectus liber iste Zohar : ni-
nihil tamen videtur aliud velle , quâm
quod modò explicatum est , nem-
pe , Venturum Messiam ut repur-
get Ecclesiam suam à sordibus suis ,
hoc est , improbis & hypocritis ,
quibus illa tota est fœdata & com-
maculata , quod etiam significa-
tum est à Johanne Baptistâ , Matth.
III. 12. & à Christo olim factum

N 5 est,

298 EXERCITATIO

est, & fortasse adhuc fiet longè
adhuc gloriōsius, quum aliquando
hīc per mille annos in terris regna-
turus est, quod regnum mille an-
norum de statu aliquo Ecclesiæ
glorioso & illustri à multis intelli-
gitur.

Atque hæc sunt quæ scriptor
ille habet de primâ loci hujus Ge-
nescos mysticâ explicatione. Se-
quuntur aliæ. De secundâ sic ha-
bet; *Isti* (nempe cœli, de quibus
hīc dicitur, *Hæ sunt generationes cœ-
lorum, &c.*) sunt de quibus dictum est:
*Hi sunt Dii tui, ô Israël, qui te eduxe-
runt è terrâ Ægypti* (Exod. xxxii.
4) *In die quo deleti sunt* כָּלֹו illi sic-
ut illi, (hoc est, uti videtur, Israë-
litæ idololatræ post conflatum vi-
tulum aureum, sicuti paullò ante
fuerant Ægyptii in mari Rubro)
eo die Deus fecit cœlum & terram,
hoc est, fœdus legale cum Israële
pepigit, qui Israël, sic à Deo in po-
pulum electus, est quasi novus qui-
dam

um Mundus, novum cœlum, no-
va terra, comparatè nimirum ad
economiam Legis & fœderis na-
turalis, quæ ante Legem per Mo-
ysen datam, obtinebat in mundo.
t hoc est quod dicitur: In die, quo fecit
Deus cœlum & terram, &c. Eo tem-
ore fuit Deus B.ה עם שכניתה cum Spiritu
 suo, ו innovatus est Mundus. שכינה à
 Judæis vocatur Spiritus Dei, quo
 homines sanctificat: Hoc igitur
 vult Scriptor iste, Deum post sum-
 tum de Judæis Idololatris (in au-
 reo vitulo) supplicium, fœdus
 cum Israële pepigisse, ac sic no-
 dum in populo illo electo, quasi
 mundum creasse. *Atque hoc est (in-*
quit) quod dictum est, quia quemad-
modum cœli novi, & terra nova, &c.
Esa. LXVI. 22. Agnoscit author il-
le locum istum Esaiae accipi debe-
re de mysticâ seu allegoricâ qua-
dam & spirituali novi cuiusdam
mundi creatione, sed eum inflectit
ad veteris Mundi, in Reip. Israë-

N 6 liticæ

300 EXERCITATIO

litice constitutione, creatione, cum
deberet potius eum accipere de
novâ Mundi per Messiam futurâ
recreatione. Addit deinde Zohar.
Eo tempore fecit Dominus germinare
de terrâ omnem arborem delectabilem.
&c. Sed in principio, donec deleta
sunt (illa) nondum descenderat pluvia
Legis; & Israëlitæ, qui sunt similes her-
bis & plantis, atque arboribus, non ger-
minarunt, וְרוּחַ רָמֶלֶת & hoc est mysticè
significatum verbis illis: Et omne vir-
gultum agri nondum erat in terrâ,
& omnis herba agri, &c. propterea
quod non erat homo, qui sunt Israëlitæ
in Domo Sanctuarii, ad colendam ter-
ram oblationibus suis. Accommo-
dat Author iste verba Mosis hoc
loco ad Ecclesiæ Judaïcæ consti-
tutionem à Deo factam, cum Le-
gem in monte Sinai illi dedit,
Comparat nempe Israëlitæ (ve-
ros & bonos) arboribus & plan-
tis illis delectabilibus, quas Deus
plantavit, fecitque germinare, de
terrâ

AD LOCUM ZOHARIS. 301
rrâ in horto Edenis ; Legem
comparat imbri, pluviæ, vaporî: de
quo hoc loco Moses, *Vapor adscen-
bat*. Israëlitæ rursus comparat
omini, Adamo, qui hortum E-
denis colere debuit : vultque non
rius plantatas fuisse mysticas istas
cbores delectabiles (bonos puta
Israëlitæ) quàm mali, & Idolola-
x Israëlitæ , quasi totidem noxiæ
et inutiles herbæ atque plantæ,
fuisserent à Deo exterminati & de-
leti ; tum demum Legis imbræ
upra Israëlem descendisse , tum
fuisse in terrâ hominem , qui ter-
ram, (hoc est, Deum coleret sacri-
ciis & oblationibus suis , Lege
Mosaïcâ præscriptis.

Sequitur tertia explicatio . Et
mne virgultum agri , &c. Hic est
inquit Zohar) prior Messias , ante-
uam esset in terrâ : & omnis herba
gri antequam germinaret ; Hic est
Messias secundus. Et quare istud ? Quia
non fuit Moses ad colendum Nomen ,

N 7 de

302 EXERCITATIO

de quo dicitur: *Et non erat homo ad colendam terram.* Iudæi fingunt duos esse Messias, alterum filium David, alterum filium Ioseph. Vult autem ante utrumque debuisse præcedere Mosen, per quem homines verum Dei cultum docerentur; idque mysticè fuisse hoc loco à Mose significatum, qui priorem Messiam significat per וְיַעֲשֵׂה *virgultum*, posteriorem verò per בְּשָׂרֶב *herbam*: aitque ista non fuisse, non germinasse in terrâ, quia nondum fecerat Deus pluie super terram, hoc est, nondum dederat Legis suæ imbre; nondum enim erat homo ad colendam terram, hoc est, nondum exortus erat Moses, cuius ministerio Deus dedit Legem. Sanè Legis œconomia debuit præcedere œconomiam Euangeli, Moses Christi incarnationem; est enim istius quasi præludium quoddam. Et hoc quidem rectè & verè. Neque verò malè etiam lex imbræ, pluviae

æ atque rori comparatur. Nam
issim in Prophetarum scriptis,
leoque & in ipso Mose, verbum
rei, Prophetia comparatur imbri
cœlo stillanti, atque decidenti,
que sic (ut ratio allegoriæ in re-
quis constet) non malè Moses,
er quem data est Lex, compara-
tur homini seu Adamo, ad cuius
intercessionem & preces Iudæi vo-
unt impetratum esse terræ im-
rem, qui ante creatum hominem
non deciderat in terras. Porrò quod
Iessiam vult significatum esse
per נְשָׁה virgultum, vel respexit ad
nomen נְשָׁה quod vicinum est vo-
i isti נְשָׁה; vel ad id respexit quod
Esa xi. 1. Messias dicitur חַתֵּר surcu-
lus & נְצָר virgula, quæ voces sunt
propinquæ & affinis cum נְשָׁה si-
gnificationis.

Pergit Zohar. Et ærcanum loci
stius. Non recedet sceptrum de
Judah (Gen xl ix. 10) hic est Mes-
sias

304 EXERCITATIO

sias filius David, neque legislator de
pedibus ejus, hic est Messias filius
Ioseph, donec veniat שילה Silo, hic
est Moses. Numerus hujus est sicut
numerus istius, & ipsi erit congrega-
tio populorum, וְאַתָּה עִמָּנִי. li-
teræ sunt לְוִי קְהַת Levi Kehath. Probat
Mosen debuisse præcedere utriusque
Messiæ adventum, ex celebri
loco Genes. XLIX.10. Non recedit,
&c. quo loco ex constanti Iudæo-
rum confessione prædictitur ad-
ventus Messiæ. Ex eo loco exscul-
pit scriptor iste geminum suum
Messiam, alterum ex istis verbis,
Sceptrum de Iudâ; alterum ex istis,
Legislator de pedibus ejus. Mosen au-
tem utrumque debuisse præcedere,
probat 1. ex illis verbis, donec ve-
niat שילה Silo, quibus Mosen vult
significari, quia per Gematriam,
quam appellant, utriusque nomi-
nis שילה & משה literæ eundem fa-
ciunt numerum, nempe 345. 2.
idem inde probat, quia immediatè

sc.

quitur וְיַחַת עֲמִימָה וְלוּ in quibus duas prioribus vocibus קָהָת וְלוּ si litteræ aliter conjungantur , atque combinentur , invenientur istæ קָהָת לוּ Levi Kehath , ex quibus natus est Moses ; Mosis enim pater fuit Hamram , avus Kehath , oavus verò Levi. Ita locum illum elebrem , qui manifestam continet de Christo prophetiam , accedit quidem Author ille de Messâ , sed inversâ , pravâ atque etortâ interpretatione . Nam um per Silo intelligere debuerit Messiam , ipse Mosem interpretatur ; & cum sensus loci illius hic sit , In adventu Messiax cessaturam esse & abolitum iri potestatem tum ivilem designatam per sceptrum , cum Ecclesiasticam & Legalem , Ritus puta & Cærimonias , quæ significantur per vocem פְּנֵס (nam בְּקָרְבָּן propriè sunt ritus , Cærimoniæ) quum Moses ab eo dicitur præcedere Messiam , tacite eo significi-

gnificatur in adventu Messiae debere cessare Mosen, hoc est, utramque illam potestatem Civilem & Ecclesiasticam ablatum iri Iudeis in Messiae adventu.

Cæterum, quod geminum faciunt Messiam, alterum filium Davidis, illustrem, gloriosum, magnificum, potentissimum; alterum, filium Joseph, pauperem, infirmum, mendicum, leprosum, quem etiamnum delitescere comminiscuntur inter mendicos, qui sunt in portâ urbis Romæ, istud est à pravo intellectu Prophetiarum de gemino Christi statu, altero Humiliationis, & Exinanitionis; altero verò Exaltationis & Gloriarum supercœlestis, ac planè spiritualis. Quod autem pauperem & infirmum Messiam dicunt esse filium Joseph, videntur eo significare Dominum nostrum Jesum Christum, qui existimabatur vulgo à Iudeis esse filius Joseph, quique à multis

ultis Iudæis creditus & habitus
sit Messias; sed ab iisdem post-
odum contemptus fuit, quia li-
berationem à Romanorum, cæ-
terorumque Gentilium servitute,
iam à suo Messiâ exspectabant,
er eum non nati sunt. Unde
ata est deinde inter eorum poste-
os traditio & fabula de gemino
Iessiâ, altero Davidis (quem ad-
uc hodie exspectant), altero Jo-
phi, qui pridem venit, filio.
Quod autem fabulantur istum et-
iamnum hodie delitescere, &
edere inter mendicos & lepro-
cos ad portam urbis Romæ, vi-
entur eo innuere velle, filium
Iosephi putatum esse non
num, sed Christianorum Mes-
siam; Nempe Judæi non talem in-
firmum, paupercim, languidum, &
eprosum volunt Messiam, sed glo-
iosum Monarcham; ideo paupe-
rem illum Messiam relegant ad
Christianos, ipsisque relinquunt
colen-

308 EXERCITATIO

colendum, suscipiendum, atque possidendum. Non nescio tamen, Messiam ab illis dici filium Josephi, quod Jacob in Josephi benedictione, Genes. XLIX. 26. videatur prædicere Messiam oritum ex eo, his verbis, *super caput Nazarei è fratribus ejus.* Sed videtur illud esse posteriorum Judæorum effugium.

Sequitur quarta explicatio. Et omne virgultum agri. Illi sunt justi, qui sunt de latere (*τῆς μίειδος*, uti loquitur author sapientiæ, Cap. I. ψ. ult.) *justi לְעַלְמֵין נָבִי*, viventis in secula *שָׁחַנְתִּים* & tres (notat) arboris ramos; atque hi sunt tres Patriarchæ, qui sunt à vidente in secula. Hoc vult, voce istâ *נֶשֶׁך*, quæ hîc à Mose usurpatur, significantur justi & pii homines, qui sunt quasi progenies, & soboles quædam illius, qui vivit in secula, Dei nimirum, vel Messiæ. Porro *נֶשֶׁך* idem est inversis literis quod *נֶשֶׁה*, quod legi potest *נֶשֶׁה* qui vivit; litera

AD LOCUM ZOHARIS. 309
era autem ו (quæ prima est hu-
s vocis litera) ipsâ sui figurâ tres
luti arboris crassiores ramos re-
rt, quibus denotantur tres vete-
s Patriarchæ, Abraham, Isaac, &
acob, qui sunt ab eo qui vivit in
cula, & à quibus sunt omnes pii
justi, vel per generationem car-
alem, vel per fidei Abrahæ imi-
tationem. Est hæc interpretatio
Zoharis arguta nimis, & planè
Cabbinica, atque Cabballistica,
nullâ solidâ veritate fulta. Addit
Zohar. Aliud verbum, hoc est, Alia
xplicatio. Et omnis בְּרֵעַ herba agri,
בְּרֵעַ crassum Schin, tria folia, quæ
unt שׁ אֶדְוָנִי, & sunt בְּרֵעַ 72 rami,
ui pendent in ipsis, בְּרֵעַ scilicet
numerum eorum 72. Hæc & seqq.
nisi quidem hactenus sunt longè
obscurissima, ac quid sibi hîc velit
scriptor, vix ac ne vix quidem af-
sequi possum; qualemcunque ta-
men conjecturam meam de illis,
uti potero, aperiam. Sic ergo ego
arbi-

310 EXERCITATIO

arbitror: In voce שְׁבָעַ, quâ utitur Moses, si per metathesin literæ invertantur, invenietur שְׁבַע hoc est, litera שׁ & בַּי' quod 72 notat. Porrò ש illud notat tria folia (quomodo nempe suprà dixit eo denotari tres arboris ramos) quæ sunt שׁ יְהִדּוֹנִי (quid sibi velit barbarā planè istâ voce יְהִדּוֹנִי, non possum divinare) duabus ante aliis literis, nempe בַּי', denotari 72 ramos, quia nimirum בַּי', numerum illum facit. Addit Zohar, omnes illi non מִתְאַחֲרֵין teneantur (sive capiuntur, comprehenduntur) in loco qui est שְׁבִינְתָּא, donec veniat ille, qui vocatur אֶלְעָגָן qui est יהָה. Sensus videtur esse: Moses hîc ait, herbam nondum germinasse, quia non erat אָדָם homo ad colendam terram. Per hominem istum videtur Zohar intelligere Messiam, qui est יהָה, simul, inquam, אָדָם & יהָה, hoc est, Θεοῦ Ιητρός. Ante ergo hominis istius, Messiae, inquam, Θεοῦ Ιητρός adven-

AD LOCUM ZOHARIS. 311

lventum negat 72 ramos conti-
neri in loco qui est שְׁכִינָה, hoc est,
negat Gentes vocandas esse ad ve-
num Dei cognitionem. Per 72 ra-
mos intelligi debere Gentes, pla-
num est ex eo, quod solent Judæi di-
bere esse in toto terrarum orbe 72
diversos populos, seu Gentes, toti-
emq; diversas linguas; quod hinc
xsculpunt, quia Gen. x. ubi po-
teri Noachi post exstructam tur-
rim Babylonicam, & confusam
omnium linguam, recensentur,
numerantur 72 homines, à qui-
bus universa terra dicitur esse ha-
bitata. A tribus ergo Noachi filiis,
Sem, Cham & Japhet, quasi toti-
dem arboris seu trunci atque stipitis
generis humani crassioribus ra-
mis, enati sunt 72. minores rami,
sive populi, à quibus post Dilu-
vium propagatum est genus hu-
manum. Hi autem 72 populi non
sunt sub שְׁכִינָה, hoc est, veri Nu-
minis & Spiritus sancti alas & pro-
tectione.

312 EXERCITATIO

tectionem adducti, priusquam ve-
nit singularis ille Adam, qui est
הָאֵל, Messias nimirum, Dominus
noster Jesus Christus, Deus in
secula benedictus. Et hoc (addit
Zohar) significatur vocibus istis, Et
homo non erat ad colendam ter-
ram; ac propterea de eo dicitur, Et
omnis herba agri priusquam ger-
minaret, hoc est, donec germinet
צִדְקָה justus, & ab eo veritas de terrâ
germinabit (Psal. 85.12) de quo di-
citur, Mittet veritatem in terram.
Dan. VIII. 12. Justus iste, à quo
Veritas de terrâ germinat, pro-
cul dubio est Messias. Ergo ho-
mo, de quo Moses hîc dicit, Non
erat homo ad colendam terram, est
(juxta Zoharis mentem) Messias.
Porrò fallitur author iste in loco
Dan. VIII. 12. quem ipse accipit de
Messiâ, cum reverâ accipiendus sit
de Antiocho Epiphane, de quo
isthic dicitur, non quod מֶלֶךְ mi-
serit, sed מֶלֶךְ projecerit in terram
verita-

veritatem ; quia, quantum in ipso
fuit, veritatem divinam , hoc est,
religionem Judaicam , projectit
conculcandam in terram.

Addit Zohar, Et discipul. Sapientum,
qui sunt יְאֵשׁ רֶבֶד quasi gramina, non ger-
miant in captivitate , donec Veritas de
terrâ germinaverit. Et hic est Moses, de
quos dicitur: Lex Veritatis fuit in ore ejus;
quia nemo fuit sicut ipse, qui quæsiverit
Divinitatem. Comparat Rabbinos,
seu Judæorum magistros , atque
Doctores (quos Discipulos Sapien-
tum vocat) gramine, negatque eos
posse in hoc, in quo jam sunt, exsi-
lio, germinare, atque virescere, sive
florere, donec veritas de terrâ ger-
minaverit, h. e. donec veniat Mo-
ses, qui Messiæ adventum præcessu-
rus est; de eo enim dicit, Hic est Moses,
de quo dictum esse vult, Lex veritatis
fuit in ore ejus, Malach. 11.6. quia (in-
quit Zohar,) nemo fuit sicut ipse, qu
quæsiverit Divinitatem, h.e.major fui
omnibus Prophetis in verâ Dei coi-

O gnit

314 EXERCITATIO

gnitione. Dein subjicit, Ac propterea
dicitur, Et non erat homo ad colendum
terram; sed statim atque venerit (homo
ille Moses,) statim etiam מִן־אָדָם secundus
Adam (vel secundus homo) adscendet
de terrâ. Quibus indicat, quod
quemadmodum herbæ & gramina
non erant in terrâ, (ex Judæorum
sententiâ) priusquam homo creatus
esset sexto die, qui coleret terram, &
ad cuius preces & intercessionem
demitterentur iimbres, quibus terra
fecundaretur (volunt enim herbas
& plantas, cum tertio die à Deo
creatæ sunt, non emersisse è terrâ,
sed ad superficiem usque extremam
terræ pullulasce, sextâ deum die
post creatum hominem & demis-
sum imbrem emersisse è terrâ) sic e-
tiam ante Mosis adventum (qui
præcessurus est Messiam) Discipuli
Sapientum, qui sunt veluti herbæ
& gramina, non possunt in hoc ex-
filio germinare, atque florere, ante
magistri sui Mosis adventum, quem
statim

AD LOCUM ZOHARIS. 315

statim secuturus est Messias , Id
quod Zohar significat his verbis, *Sed*
statim atque venerit (Moses nempe,
quem vult significatum esse his ver-
bis , *Et homo non erat ad colendam ter-
ram*) *statim וְאַדְם secundus Adam* (h.
e. Messias , Dominus noster Jesus
Christus, qui sic à Paullo non semel
vocatur ,) *adscendet de terrâ.* (*Hie*
וְאַדְם est secundus Adam , quomodo
וְאֲדָר est secundus Adar) Hoc & hinc
cōfirmatur, quia sequitur
אַדְמָן אַדְוִנִי סָלִיק לְיהִוָה *Adam dicitur ab Adonai,* de-
estque illi *Vau: atque eo factus est Domi-*
nus totius terræ. Hoc nempe vult, In-
telligi hîc à Mose ejusmodi homi-
nem (*אַדְם*) qui sit dictus ab *אַדְוִנִי*, qui-
que sit factus Dominus totius ter-
ræ. Quis autem est ille, nisi Messias,
qui simul est , (uti modò suprà di-
xit) *& אַדְמָן & יְהוָה h.e. Γεωργωπος.* Quod
autem dicit esse *אַדְם*, qui dicatur ab
אַדְוִנִי, & deesse illi *Vau*, factumq; esse
Dominum totius terre, omnino re-
spicit & alludit ad Psal. 8, 5. *Quid est*

O 2 אַדְמָן

316 EXERCITATIO

¶ homo, quod memineris ejus? quem
hominem Psaltes dicit constitutum
esse à Deo super omnia opera sua,
ac proinde Dominum totius Mundi.
Porrò eo loco Psaltes agit de
Christo, qui reverâ constitutus est
à Deo super omnia opera manuum
suarum. Huic hominem Zohar di-
cit esse dictum אָדָן ab Adon ii, h.e.
dictum esse quasi יְהוָה Dominus , de-
esse tamen illi Vau, nominis scilicet
tetragrammati יהוה, quod pronun-
ciatur Adonai ; eoque mysticè in-
nui , quod constitutus sit à Deo
Dominus totius Mundi. Priusquam
igitur homo iste Messias (qui ab
אדן dictus est אָדָן quasi יְהוָה Dominus ,
quique à Deo constitutus est Do-
minus totius Mundi , juxta Davi-
deim, Psal. viii.) sit in terrâ, Disci-
puli sapientum in hoc exilio, (à quo
per Messiam sperant se esse liberan-
dos) non possunt florere atque
germinare, non secus atque plantæ
& herbæ ante creatum hominem.

Hæc

Hæc videtur omnino esse mens Zoharis hoc loco , apud quem sequitur statim , & irrigabat totam terræ superficiem. Ex eo irrigantur Israëlitæ ^{הָאֶתְנָה} infernè, per LXX modos Legis. h. e. Interim dum advenit homo ille (Messias) ut per eum demittantur de cœlo imbræ divinæ sapientiæ, hortus Eden , h. e. Ecclesia , Resp. Israëlis, irrigatur à fluvio Legis per 70 varios modos explicandi Legem ; tot enim diversis modis putant Judd. Magistri Legem posse explicari. Breviter hoc vult, multo majorem fore tempore Messiæ, de Deo, & rebus divinis, scientiam, atque cognitionem , per quam quam afferet Messias doctrinæ plenitudinem, quām est ea quæ haberi potest per Legem 70 diversis modis explicatam. Quod sanè longè est verissimum in Jesu Christo Domino nostro, vero Messia, cuius doctrina atque institutio longè est plenior doctrinâ Legis, Ipse enim è sinu Patris

O 3 hausit,

318 EXERCITATIO.

hau sit. & nemo novit Patrē, nisi Filius, qui
e. in sinu Patris, Ipse eum nobis revelavit.

Huc refertur ultima hujus loci explicatio, quam Zohar adfert. Et vapor adscendebat de terrā. Explicatio ejus Chaldaica hæc est: Nubes adscendebat de terrā. Hæc est, de quâ dicitur: Nubes Domini super Tabernaculum. Exod. XL. 38. Per eam irrigantur filii sapientum hoc tempore. Hoc vult. Per vaporem, de quo hoc loco Moses, mysticè significari Legem, cuius doctrinā irrigantur jam Judæorum magistri, qui nihil aliud student, aut norunt, præter Legem; idque ex eo liquere, quod Chaldaicus Paraphrastes נָבָע, quod Vaporem propriè significat, reddidit נָבָע, nubem. Nubes autem ista ea est, quæ Exod. vers. ultimo dicitur fuisse super Tabernaculum interdiu, quâ Nube mysticè significatur Lex, quâ irrigantur Judæorum Magistri, qui huic uni rei dant operam.

Hæc sunt quæ visum est, pro virili,

AD LOCUM ZOHARIS. 319

virili, in hunc Zoharis locum obscurissimum , pro ejus illustratione , adferre. In nonnullis planè hæreo, ut est illud אַדְוָנִי, quod ego non capio , quodque arbitror quidem per Gematriam esse explicandum ; at quodnam illi nomen respondeat , nondum video. In quibusdam ne mihi quidem ipse satisfacio, nedum ut spereim me aliis satisfacturum. Conjecturam tantum protuli meam, quam liberum erit , cui voluerit , repudiare , si non illi arrideat . Si quis quid posset , quod melius , planius & plenius sit, atque certius, non invideo, imò magis gaudabo, atque cum eo , si communicare velit , fruar. Interim his fruatur , qui voluerit, dum meliora & certiora alius inventiat , in mediumque proferat.

Porrò in Rabbinicis istis nugis, & Cabbalisticæ doctrinæ quisquiliis atque furfuribus , non parum puræ similæ , hoc est, orthodoxæ,

.O 4 &

320 EXERCITATIO

& Christianæ doctrinæ immixtum
videre, & deprehendere licet,
quod non aliunde videtur esse,
quam quod primis Christianismi
temporibus Iudæorum (qui primi
Christum suscepserunt, sed eo post-
modum neglecto, Nazaræi dicti
sunt, ab orthodoxis & veris Chri-
stianis segregati, & semijudæi atque
semichristiani ab iis habitis sunt) Do-
ctores multa à Christi Discipulis &
Apostolis religionis Christianæ ca-
pita atque mysteria acceperunt, que
illi posteris & Discipulis suis involu-
ta obscurè tradiderunt, hi rursus
variis nugis, commentis, & fabulis
à se excogitatis immixta, magisque
adhuc deformata, quam quomo-
do ea acceperant, post se relique-
runt, quæ sic postmodum in Cab-
balisticorum istorum Scriptorum
recentiorum Rapsodiis permixta
ab ipsis fortè Rapsodiis, multo mi-
nus ab hodiernis Iudæis qui illis
successerunt, non intellecta inve-
niuntur.

AD LOCUM ZOHARIS. 321
niuntur. Sunt nempe Scripta ista
Cabbalistica , meræ à variis , vario
tempore , ex aliorum dictis , Scriptis
& traditionibus , atque institutio-
nibus undecumque collectæ atque
consarcinatæ & coagmentatae Raps-
odiæ. E quibus non pauca bona , sa-
na , & orthodoxa elici & colligi
possunt , si modò cum judicio le-
gantur & intelligantur.

Sed missis illis Judæorum nugis
atque hallucinationibus , videa-
mus an in ejusmodi interpretandi
genere , Christiani aliquid rectius ,
sanius , planius & plenius , atque soli-
dius præstare possint , spirituali Eu-
angelii lumine collustrati . Jam su-
pra fundamentum hoc à nobis , sta-
tim initio , substratum est . Pleraque
omnia in Veteri Testamento , ac
præsertim in scriptis Mosaicis , esse
typica , proindeque allegorica . Ty-
porum autem tria esse genera : a-
lios nempe esse Legales , alias Hi-
storicos , alias denique Naturales .

O s Et

322 EXERCITATIO

Et naturales quidem eos diximus, cum per Naturæ ipsius in mundi creatione, constitutionem adumbrantur ea, quæ pertinent ad Ecclesiæ Dei spiritualem statum & conditionem. Voluit nempe Deus in primâ rerum omnium creatione typum, speciem, & imaginem quandā exhibere eorum, quę aliquādo postea facturus erat in spirituali Ecclesiæ suę redētione, statu, & conditione.

Post hominis ergò lapsum & peccatum, ex humano genere in misericordiam per peccatum prolapso, Deo libuit Ecclesiam, h.c. certum hominum numerum sibi diligere, quos ex illâ miseriâ ad æternam evehheret in cœlis fruendam beatitudinem. Eorum duplē voluit esse statum, priorem in hac mortali vitâ, in hoc mundo; posteriorem in futura vitâ in cœlis agendâ. Status hujus vitæ rursus est duplex, unus externus, alter internus: ille in externo Ecclesiæ regimine, quatenus illa corpus quod-

quoddam constituit externum, ordine aliquo regendum; iste in interno cordis & affectuum, omniumque anime facultatū spirituali ductu ac regimine, per Christi Spiritum in verâ regeneratione, ac sanctificatione. Utriusque illius status tum interni, tum externi, duplex fuit Dei œconomia, quâ sapientissimè Ecclesiam, suam, pro vario ejus statu & conditione, rexit ac administravit; Una, quæ Christi ortum atque Nativitatem præcedere debuit, altera quæ eandem est subsecuta: una Legis, altera Euangeli; una veteris populi Judaici, altera novi Christiani. Ecclesiæ autem status & conditio, Deique in eâ regendâ œconomia, οἰ肴 seculum, mundus, à Judæis, ^{αιών} & ἀπόκριτην à sacris Scriptoribus vocatur; quia illa in primâ hujus aspectabilis mundi creatione fuit ab eo sapientissimè adumbrata. Et prior quidem Dei œconomia jam pridem à Judæis dicta fuit, diciturque etiā-

O 6 num

324 EXERCITATIO

num hodie *הַזְמִינָה* *seculum hoc*; posterior verò sub Messia, ab iisdem dicitur *הַבָּא* *שָׁוֹלֵם seculum venturum*. A quibus hac in parte Apostolus non abludit, aut longè abscedit, cùm posteriorem œconomiam vocat *οἰκονομίαν τὴν μέλλονταν*. Heb. 11.5. & *αιώνα τὸν μέλλοντα*, ibidem Cap. 6.5. Item cùm statum rerum præsentem vocat *αιώνα τὸν κατεστῶτα* Gal. 1.4. quem ut à statu hominis corrupto & naturali distinguat, vocat istum *πονηρόν*.

Duplex ista Dei œconomia, & Ecclesiæ conditio, in Lege Dei, seu Scriptis Mosaicis adumbrata & significata censcri procul dubio debet, ac nullibi potius, quàm in adspectabilis hujus Mundi creationis historiâ atque narratione est quærenda; siquidem visibilia sunt invisibilium imagines & simulacra quædam: unde & Apostolus Paulus (uti initio diximus) vult unius in creatione constitutionem esse alterius typum & exemplar quoddam.

Duplex

Duplex autem facta fuit a Deo
Mundi hujus adspectabilis veluti
creatio, proindeque geminus qua-
si Mundus: alter informis & nudus
atque confusus, de quo dictum est,
*In principio creavit Deus cœlum &
terram, & terra erat inanis & vacua,*
&c. Alter fuit exultus, exorna-
tus, perfectus, omnibusque nu-
meris & partibus suis absolutus,
in fine sex dierum, quibus Deus
absolvit opus suum, de quo ini-
tio Capitis secundi, *Et perfecti sunt
cœli & terra, & omnis eorum orna-
tus.* Prior ille Mundus posterioris
rudimentum duntaxat quoddam,
ejusque quasi materia prima, ru-
dis adhuc & informis, fuit; poste-
rior prioris fuit veluti forma, com-
plementum, perfectio atque ex-
ornatio. Prior fuit confusum vel-
uti quoddam Chaos, obscurum,
& tenebris obsitum; nam *Tenebrae*
erant super faciem Abyssi: po-
sterior fuit opus quoddam distin-

O 7 Etum,

326 EXERCITATIO

Etum, expolitum, perfectum, lucidum, imò ab ipsâ luce initium ducens, *Fiat enim lux* (inquit Deus) & *fuit lux*. Interim prior ille ut ut fuerit sic rudis & imperfectus, si tamen cum Nihilo, quod eum præcessit, comparetur, fuit aliquid Nihilo illo longè præstantius; multo enim magis præstat *Essē* qualemcumq; quantumvis rude, debile, & imperfectum, quām omnino non esse, nihilque est ipso Nihilo imperfectius atque ignobilius. Ac quamvis primum illud Chaos fuerit confusum & rude admodum; Spiritus tamen Dei dicitur nihilominus sese super illius aquas motitasse, quo rudis & indigesta illa moles quasi continebatur, & veluti fovebatur.

Jam verò quis nescit priorem Dei in Eccelesiâ suâ regendâ Oeconomiam sub Lege, ante Christi adventum, respectu posterioris, quæ est sub Euangeliō, post Christi adventum, fuisse admodum

ru-

rudem , atque imperfectam , &
velut rudimentum duntaxat quod-
dam Ecclesiæ potius, quàm excul-
tam atque exornatam & absolutam
Ecclesiam: unde est etiam, quod le-
gales ritus & ceremoniæ ab Apo-
stolo dicuntur mundi *σωκόνα* , *ele-*
menta , atque rudimenta, priusque
fœdus nihil *πεπλεύσατο* , adduxisse
ad perfectionem . In priore mera
ferme fuerunt Tenebræ , propter
longè maximam , quæ tum fuit,
divinæ revelationis obscuritatem.
In posteriore verò , comparatè ad
priorem , mera fuit lux , per lucis
Euangelicæ longè maximum splen-
dorem. Unde etiam est, quòd Apo-
stolus de temporibus Novi Testa-
menti loquens , dicit, *præteriisse no-*
ctem, lucem jam esse; propterea que jubet
nos armis lacis indui. Quamvis autem
prior ille Ecclesiæ status atque
conditio sit , respectu posterioris,
admodum rudis atque imperfecta;
est tamen infinitis partibus longè
præ-

328 EXERCITATIO

præstabilior quàm est naturalis & corruptus hominum status, in quo omnes naturaliter jacent, priusquam à Deo (qui , ut Apostolus ait, *vocat ea quæ non sunt, ac si essent*) è naturali suo Nihilo evocentur, atque educantur, ut prius illud Esse spirituale (ut ut adhuc admodum infirmum & debile , atque imperfectum) quod sub Lege , & primâ œconomia , locum habuit , à Deo per spiritualem regenerationem accipient & obtineant : Est enim status ille corruptæ nostræ Naturæ veluti merum Nihil , respectu & comparatè ad spiritualem statum, quem per Spiritūs Dei regenerationem accipimus . Unde est , quod status iste *Nova creatura, novus homo, Regeneratio*, quasi nova nativitas , nova generatio , passim in scripturâ dicitur. Ac quamvis densæ Tenebræ & crassa veluti caligo in priore illa œconomia faciem Ecclesiæ obvelaret;

Spiri-

Spiritus nihilominus Deimovebat
se super faciem illius Abyssi, & ru-
dem illam atque informem & in-
digestam Ecclesiæ prioris atque
Judaicæ molem vcluti fovebat, &
quasi animabat : per quem Dei
Spiritum intus in cordibus , ut-
ut debiliter agentem , cum Deo
communionem habemus, & è sta-
tu naturæ nostræ corrupto in
fortem & condicionem filiorum
Dei transferimur. Porrò , quòd
Deus tum dicitur *creasse in principio*
cælum & terram , eo significatur
œconomia, quæ prima obtinuit, &
& ab ipso Mundi exordio initium
habuit. Item, quod terra dicitur fuisse
וּבָהּ וּבָהּ inanis, vacua, deserta, eo si-
gnificatur, œconomiam illam fuisse
evacuandam atque abolendam.

Esto itaque prior Mundus mysti-
cus atq; allegoricus, status Ecclesiæ
veteris ante Christi adventum , per
primum , rude & informe Mundi
hujus aspectabilis Chaos adumbra-
tus;

330 EXERCITATIO

tus; posterior verò mūdus per opus
sex dierum creationis, esto status
Ecclesiæ Christianæ sub Euangelio.

Rursus, quandoquidem Moses
post absolutam, primo hujus libri
Geneseos Capite, creationis Mun-
di narrationem, alteram hoc loco
videtur de novo narrare creatio-
nem, ejusque his verbis inchoare
narrationem, *Hæ sunt generationes
cæli & terra, &c.* non immeritò vi-
detur voluisse, novâ hac atque ite-
ratâ creationis narratione *κατ' αὐτα-
κιφαλαιώσιν*, tacitè innuere alterius
cujusdam Mundi novi spiritualis ac
mystici (Ecclesiæ nimirum Christia-
næ) creationem atque formatio-
nem. Nimirum *hi cæli & hæc terra*,
quorum generatio hîc à Mose re-
censetur, sunt novi illi cæli & nova
illa Terra, quos Deus dicit se creatu-
rum, Esa. LXV. 17. & LXVI. 22. No-
vi item illi cæli, & nova illa terra,
quos etiamnum exspectamus, in quibus
justitia habitat, de quibus B. Petrus

2. Ca-

AD LOCUM ZOHARIS. 331
2. Cathol. 111.13. quos & Johannes dicit se vidisse, Apoc. xxI. 1.
Novus nempe Ecclesiæ status, sive
hîc in terris , sive etiam in cœlo
post hanc vitam, est novus quidam
veluti mundus, sicque nobis in scri-
pturâ proponitur. Nam & ipsa Ec-
clesia passim in Apocalypsî (qui li-
ber est totus allegoricus) Cœli no-
mine indigetatur. Huic cœlo &
terræ Generatio hîc tribuitur, Hæ sunt
generationes cœli & terræ; quia fideles
non sunt nati ex carne & sanguine,
sed ex Deo, cujus sunt filii, vera Dei
soboles, & Christi ipsius semen atque
posteritas, Esa. 53,10. Dicuntur etiam
à Deo creati, *כְּהַבָּרָא* quum creati sunt
(vel, quum crearet eos) quia non ex
ipsâ Dei substantiâ, sed ex nihilo fa-
cti sunt : uti modò explicatum est,
quatenus naturæ nostræ corruptus
status est merum Nihil, ad spiri-
tualem sortem & conditionem fi-
liorum Dei, ad quam per Regene-
rationem transferimur , collatus.

Di-

332 EXERCITATIO

בַּיּוֹם עַמְּדָה
in die quo fecit Dominus Deus terram &
cælum; quia fideles sunt, & passim
dicuntur in scripturâ, opera manuum
Dei: Deus eos Spiritu suo veluti
fingit atque refingit, multisque ac
variis modis paullatim perficit at-
que consummat, quomodo fieri
solet in iis operibus, quæ manu no-
strâ perficimus. Et quidem יהוה אלהים
Dominus Deus dicitur eos fecisse, quâ
phrasî tum Pater, tum Filius, tum
Spiritus sanctus significari potest:
quia eorum unusquisque est reverâ
יהוה אלהים, Deus unus & verus:
Tres nempe illi in Fidelium forma-
tione atque spirituali recreatione
simul concurrunt. Nam Pater per
primum fidei, seu credendi, actum,
quem hominibus à se electis indit
atque ingenerat, eos Filio suo Chri-
sto dat, illique eos inserit: Christus
sibi à Patre datos, atque insitos, ser-
vat à malo, fovet, tuctur, ut nemo
eos eripiat è manu suâ: denique
per

AD LOCUM ZOHARIS. 333

per Spiritum sanctum Paracletum,
ab utroque procedente in, quem Fi-
lius à Patre mittit, toto vitæ tem-
po-re paullatim sanctificantur, donec
ad perfectionem, quæ nos in cœlis
manet, adducantur. *Dies autem, quo*
Dominus Deus fecit cœlum illud
& terram, est illa temporis plenitu-
do, in quâ Christus de cœlis in ter-
ras venit, & incarnatus, baptiza-
tus, salutem nostram in cruce ope-
ratus est, & beatam immortalita-
tem Mundo prædicavit. Terram
autem primùm, deinde verò etiam
cœlum fecisse hîc dicitur, In die
quo fecit Dominus terram & cœlum;
quia status & conditio fidelium in
hac vitâ si comparetur cum eâ, quæ
nos manet in cœlo, est quasi terra,
tamque hîc ab illa distat, quam cœ-
lum à terrâ; Terra itaque hîc prius,
quam cœlum, nominatur in hac
novi mundi formatione. Vel etiam
sic accipi illud potest, quod nimi-
rum prior œconomia, quæ est Le-
gis,

334 EXERCITATIO

gis, respectu posterioris, Euangelice
nimirum, est veluti terra; posterior
verò quasi cœlum: Fœderis enim
legalis promissio fuit terræ Cha-
naan possessio; Euangelici verò cœ-
lum, vitæque in eo æternæ fruitio.
Sic terra præcedit cœlum, & prius
quàm cœlum creata hîc dicitur.

Porrò in spiritualis & mystici u-
triusque Mundi creatione, prius-
quam de cœlo doctrinæ Euangelicæ
imber per Christum ejusque Apo-
stolos demitteretur, antequam secun-
dus Adam, Christus nempe, nasce-
retur; essetque in terrâ ad excolendum
terram, h. e. Dei Ecclesiam, prius-
quam ad ejus intercessionem & pre-
ces (uti Judæi volunt esse factum
in primâ Mundi creatione) impe-
ratus esset à Patre cœlestis ille im-
ber, qui in Apostolos die Penteco-
stes de cœlo demissus fuit (juxta il-
lud Christi: Rogabo Patrem, & mittet
vobis Paracletum) nondum fuit in terrâ
gramen, neque herba, aut omne agri vir-
gul-

AD LOCUM ZOHARIS. 335

gultum. Plantæ, inquain, & arbores
spirituales filiorum Dei, qui à Psalte
comparantur palmis, cedris, atq; stolo-
nibus plantatis in atriis domūs Dei, Psal.
xcii. 14. & gramine ac herbæ, quo
terræ facies decoratur, Psal. LXXII.
16. Fuerunt quidem illi sub priore
Legis œconomia tanquam in ger-
mine, & semine, (uti volunt Judæi
de herbæ & plantarū tertiat die crea-
tione) intra terram quasi occulta, h.
e. nondum adoleverant, & ad justam
suam magnitudinem excreverant,
si cum fidelibus sub Novo Testa-
mento comparentur, qui illis com-
positi atque comparati sunt longè
ipsis adultiores, atque vegetiores:
Nondum enim tum adscenderat Vapor
(sive Nubes) è terrâ ad irrigandum u-
niversam terræ faciem: Christus nem-
pe incarnatus nondū in cœlum ad-
scenderat ad irrigandum universum
terrarum orbem cœlesti rore co-
gnitionis suę. Itaque nondum etiam
è terrâ veluti prominebant adhuc,

aut

336 EXERCITATIO

aut adoleverat, spirituales illæ plan-
tæ atque arbores; licet vi Verbi Dei
(qui jussit illas è terrâ germinare)
germen jam tum concepissent, sed
quod occultum achuc intra terræ
superficiem se continebat, si coin-
parentur fideles illius temporis ad
vegetam & adultam fidelium sub
Novo Testamento (post Christi, &
Apostol. prædicationem) ætatem.

Nihil in mysticâ & allegoricâ
eiusmodi interpretatione coa-
ctum, durum, dilutum, frigidum,
hiulcum, dissonum, aut male co-
hærens videtur; sed omnia contrâ
apta, connexa, compacta, cohæ-
rentia, consona, & convenienti si-
militudine adumbrata. Atque hæc
sint, si libet, veluti promulgatis ac gu-
stus quidam mysticarum & alle-
goricarum (quæ in Mosaicis Scriptis
aptæ & commodæ fieri poslunt)
Interpretationum, si omnia attentè
considerentur, & aptè inter se com-
ponantur atque connectantur.

FINIS.

